TRIA
TRACTATUUM JURIDICO-POLITICORUM.

BIBLIOTECA NAZIONALE V. EMANUELE III NA.

Francofurti & Lipſiæ,
M. DC. LXXXV.

Digitized by Google

Sereniſsimo, Illuſtriſsimo,
ac Potentiſsimo
PRINCIPI & DOMINO, DOMINO
GEORGIO WILHELMO,
Duci Brunſvicenſi & Lunæburgenſi, &c.
Domino ſuo clementißimo,
Salutem omnimodam precatur
Sebaſtianus Spilcker
Doctorandus.

ETſi lex eſt generalisſima,

Sere-

Sereniſsime, Illuſtriſsime ac potentiſsime Princeps, Domine clementiſsime, etſi, inquam, talis lex eſt: Salus populi ſuprema lex eſto, *ſecund. Cicer. 3. de ll.* non minus utilis, quàm neceſſaria, quippe & mala avertens & bona accelerans reipubl: cervici, non niſi in ſummo ſuo bono ſeu felicitate perfectæ & ſalvæ, etſi qvoque ſalus illa in omnium rerum neceſſarium (quatenus virtuti inſerviunt) ſufficienti

co-

copia & præcipuè in inſtitutis civium ſecundùm virtutem actionibus conſiſtat, *videatur mea Interpret: Ethico-Politico-Jurid: in modum diſcurſus oratorii adornata ad dict: L. Generaliſſ:* corporis & animi poſt protoplaſtorũ lapſum ſubortis defectibus remedia conjunctim ſuppeditantibus, ſatis accommoda & ſalubria, ſi legislatoris & prudentiâ & induſtriâ per legum munimenta rectê ordinen-

dinentur; quinimò etſi ſalus etiam iſta, Deo cuncta labore hominibus vendente, quam obtentu difficilis, quam poſſeſſu pulchra, quã uſu jucunda, humanis tamen conatibus, laboribus & experimentis pervia, nec niſi ignavis inacceſſa, multa namq; experiendo fiunt, quæ ſegnibus ardua videntur, *dicente Tacit.* 15. *Annal.* 8. *infin.* multi tamen, ut videtur, in ſuis laboribus, ſcriptis & actionibus aliovorſum

ſum contendunt & ſcopum hunc omnium pretioſisſimū atque utilisſimum feriant, necnè, ut cum Plauto loquar ſuſque deque habent. Multi v. etiam, qvibus ê meliore luto finxit præcordia Titan, in id incumbunt, ut & affluenti rerum neceſſariarum copia & virtuoſarum actionum ſtudio aut reſpubl. benè conſtituta conſervetur, aut collabeſcens, factâ quantum res ſubjecta patitur, reformatione, ſuffulciatur. E-

go certè ſemper memor dicterii *Nobiliſſ. Dn. Præcept.& per triennium Hoſp. Doct. Gœbuſii, P. M. c. 3. ad Teutl. 2. Diſp. 28. ∞. 3. lit. a.* Quæ pulchra difficilia, quæ utilia, neceſſaria ſunt; ut & pro inevitabili naturæ meæ imperio ſeu inclinatione potius, utrique felicitatis parti inſtatione mea ſemper inſidiatus fui, & omnia, quæ tractanda vel ſtudii privati, vel officii publici cauſa hactenus ſuſcepi, ad ordinem

ubi-

ubique juſtum, quatenus fieri potuit, laborem averſatus nullum, redegi, non ſine actionum inſtituendarum & adminiſtrationis emolumẽto, nam nihil hominibus præſtantius, neque utilius eſt ordine, *Xenoph. in Oecon.* affertque maximè memoriæ lumen ordo. *Cicer 3. de orat.* & eſt omnium humanarum actionum animæ. *Reinking.* 2. *de Reg.* 5. *&* *E.* 3. *c.* 4. *n.* 6. adeò ut omnia in mundo ſint ordinata & omnia de-

center atque ordine fieri debeant, 1. *ad Corinth.* 14. *junct. Arniſ. p.* 1. *Epit. Metaph. c. de cauſ. effic. n.* 34. Cùm autem Juriſprudenti in illo virtuoſarum actionum ſtudio tota præcipuè inter alias res reipubl. neceſſarias, ſit occupata, & ego ſemel Jprudentiæ nomen dederim, & hanc ad juſtum ordinem redigere, animus mihi eſt, neque fortunam, quæ fuit ſummis viris ad res magnas bene gerendas

divi-

divinitùs adjuncta, *Cic. pro Pomp.* quamque in primis officiis meis publ. hactenus pro bono publ. ſatis benignam & interdum ad miraculum expertus ſum (pro qua Deo gratias agas immortales) æque in hoc labore. mihi reipubl. ſervorum minimo, ſpero defuturam. Vereor tamen & meritò vereor, ſi rei iſtius conficiendæ difficultatem & quibus illius principium hac vice conſecro, penitius conſi-

ſiderem, ut & eo quo opto, modo ſit concinnatum illud & illorum oculis acceptum evadat. Verùm quia quiſque talentum ſuum, quale quale etiam ſit, cæteris fœnerare tenetur, ego ſucciſivis horis de Jprudentiâ non minus eram ſolicitus, ac de officiis mihi quandoque demandatis, quò & eius genuinas cauſas & principia generaliſsima, cum antea id factum nondum viderim, & quoad ſpecialiſsima ſat egre-

egregia ſcripta prodierint, quantum pro ingenii tenuitate liceret, inquirerem, & inquiſita aliis, ut ſaltim excogitandi meliora anſam haberent, ſecundùm omnis boni naturam communicarem. Quoniam v. ita obtinuit, ut ſummo terrarum domino, præcipuè ſub quo domicilium fixerunt, autores ſcripta ſua libentiùs dedicent, quò ei animi ſui humilitatem, ſtudiumque erga illum, & bonum commune,

ſuum teſtatum faciant & quando opus habent, negotiorum ſuorum promotionem quàm facillimè conſequantur; quoniam, dico, ita optinuit, Tuo Nomine ſummo, *Sereniſsime, Illuſtriſſime ac potentisſime Princeps*, utpote in cujus territorio lares conſtitui, hoc præſens ſcriptum meum ſummâ, qua decet, humilitate inſcribo & conſecro, quám ſubjectiſsimè & humilimè rogitans, ut licet con-

condignum Tibi hoc ipſum æſtimari nequeat, Tua Serenitas, attraxeris exemplo malum granatum à paupere oblatum non faſtidientis, illud quaſi ſubmisſionis ac gratitudinis pomum clementiſsimâ fronte ſuſcipere & negotiis meis, ſi quando, ut hoc rerum ſtatu facilè poteſt contingere. Tuam Serenitatem illorum causâ implorare neceſsè ſit, promovendis clementiâ Tuâ ſubvenire velis. Ego pro viri-
bus

bus meis, licet exiguiſsimis, totus enitar, ut quæ ad gloriam maximi Nominis Tui redundare perſpexero, nunquam quantum in me eſt, intermittam, voto hoc ex intimo corde annexo, ut Tua Serenitas diu vivat, optimè valeat, feliciſsimè regat, Deus clementiſsimè largiri velit.

Ju-

by Google

Juriſprudentia

(Ut antea nondum fortaſſè factum)

Ad juſtum Cauſarum ordinem & principia ſua generaliſſima quadantenus revocata

à

SEBASTIANO Spilker /

Doctorando.

LIB. I. *CAPUT.* I.

Dn Iprudentiæ methodo, genere ſummo & ſubalterno ut & origine.

I.

QVod felix fauſtumq; eſſe jubeat JEHOVA Juſtitia noſtra, *Jerem. c.* 23. *v.* 6. in nomine Dñ. noſtri JESU CHRISTI, *ſee. Paul. ad Col. c.* 3. *v.*17. promiſſi in calce tract. mei de pact. tenax Jurisprud. cum omnis ſcientia& diſciplina agat de cauſis ſuis ſecundùm argumentum,

tum, ſeu habeat cauſas, de quibus perſcrutetur, *Arniſ. p.* 1. *Epit. Metaph. c.* 1. *n.* 51. cumq; nullam dicere maximarum rerum artem eſſe, cum minimarum ſine arte nulla ſit, hominum ſit parum conſideratè loquentium atq; in maximis rebus errantium, *Cicer.* 2. *de Offic.* Jprudentiam, dico, publ. utilitatis & gloriæ divinæ promovendæ ergò, *ſecund. Paul.* 1. *ad Corinth. c.* 10. *v.* 12. *Petr.* 1. *c.* 4. *verſ.* 8. ad juſtum cauſarum ordinem ac principia ſua generaliſſima, ut illa ſeſe ſecundùm communem rerum naturam habent, nam & ars naturam imitatur, *Magir.* 1. *Comment. Phyſic. c.* 3. *n.* 13. & intellectus noſter rerum eſſentias immutare non debet, ſed eas ita cognoſcere, ut ſunt, (*Arniſ.* 2. *Epit. Metaph. c.* 2. *de vero, n.* 29.) pingui pro ſubjectæ materiæ, ceu moralis diſciplinæ, conditione, Minervâ, *ſec. Ariſt.* 2. *Ethic. c.* 2. revocabo, initium facturus ab ipſo illius genere generaliſſimo, quod eſt prudentia & ſubalt. ſi quidem tardi ingenii eſt, rivulos conſectari, fontes rerum non videre, *Cicer.* 2. *de Orat.*

genere ſummo & ſubalt. ut & orig. pag. m. 103. Deindè definitionem ſubjiciam, quia omnis quæ ratio ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci, ut intelligatur, quid ſit id, de quo diſputetur, *Cicer. 1. de offic. in pr.* Poſteà progrediar ad quatuor principia, quorum tria communia, duo extrinſeca, ut cauſa efficiens, quæ Jprudentiam, quæ quidem à ſe ipſa fieri non potuit, effecit & finis externus, propter quem eſt Jprudentia & propter quem cauſa efficiens agere ſolet, inq; quem tanquam intentione primum, cauſa effic. intendit. Sed quia cauſa effic. finem iſtum extra objectum conſequi nequit, meritò hîc inſerenda eſt materia circa quam, ſeu objectum, uti nec aliud propemodum eſt ſcientia, quam diſtincta ſubjecti explicatio, *Arniſ. p. 1. Epit. Metaph. c. 2. de ent. n.* 1. Unum commune principium eſt intrinſecum, ut materia ex qua cum forma Jprudentia quaſi componitur. Principium unum licet æquè intrinſecum ſit, eſt proprium, ut forma, quæ communi materiæ conjuncta, Jprudentiam intrin-

ſe-

ſecus conſtituit & à prudentia ſenatoria quaſi quoad eſſentiam ſeparat. Poſtmodum effectum formalem, deinde contraria, effectum formal. impedientia vel ſubvertentia, tandem accidentia, deniq; media, quibus finis obtinetur & in objectum deducitur & ultimò ſpecies proponam, ad imitationem Magiri, I. *Comment. Phyſic. c.* 2. *& ſeqq. junct. Arniſ. p.* I. *Epit. Metaph. c.* I. *n.* 48. Quæ omnia ſi ex voto perfecero, artem juris, quam olim Cicero I. *de Orat.* intendit, me aliquatenus aſſecutum eſſe, non inſulſus profiteor.

II. Prudentia v. ex providendo ita appellata, *Cicer.* I. *de ll.* definitur virtus intellectualis practica, ſeu habitus agendi ea, quæ homini ſunt bona, vel mala, *ex Ariſt. Donaldz.* 3. *Synopſ. Ethic. cap.*13. *pag. m.* 194. ad bona deligenda & rejicienda contraria, *ſecund. Cicer.* I. *de ll.* eſtq; vel communis, vel propria ſeu privata, *Ariſt. & ibi Acciajol.* 6. *Ethic. c.* 8. *Donaldz. d. loc. Sultholt.* I. *ad Inſtit. aph.* I. quæ eſt prudentia nobis ipſis, ſeu ſingulis, tanquam pri-

privatis, rectè proſpiciendi & conſulendi, quid in vita ſit agendum, *ſecund. Ariſt. 6. Ethic. c.* 8. Communis ſeu utilis Ariſtoteli dicitur ad alios relata & eſt prudentia rectè proſpiciendi & conſulendi, quæ aliis ſunt utilia, ſeu quæ ea cuique præſcribit, quæ communi & publico bono deſerviunt, adeoq; toti civili ſocietati ſuam conciliat felicitatem, *Donaldz.* 3. *Synopſ. Ethic. c.* 13. *Sutholt.* 1. *ad Inſt. aph.* 1. eſtque vel politica, vel œconomica, quæ prudentia communis rectè proſpiciendi & conſulendi ea, quæ familiæ ſunt neceſſaria, *Donaldz. d. c.* 13. uti Pittacus eam domum optimè conſtitutam pronunciavit, cui ſuperfluum nihil abundet & neceſſarium nihil deſit, *Stobæ ſerm.* 4. Prudentia politica eſt prudentia civilis rectè proſpiciendi & conſulendi ea, quæ reipubl. ſunt neceſſaria, *Donaldz. d.c.* 13. eſtque ſecund. Platonem, vel regia ſeu imperatoria abſoluta, quæ in ſola eſt ſuprema majeſtate, totamque reipubl. gubernationem in manu habet, vel imperatoria relata, quæ imperat quidem, verum

rum ad regiæ iſtius ac principis faculta-tis nutum, *Sutbold. 1. ad inſt. aph. 2.* & hæc eſt vel juridica vel ſenatoria, quæ eſt prudentia politica rectè de futuris regulariter reipubl. negotiis proſpiciendi & deliberandi; dicta conſultoria, quod conſiliis dandis ſit occupata, *Donaldz. d. 3. Synopſ. Ethic. c. 13.* Regulariter dixi, nam eſt primum cauſarum genus in judiciis ex controverſia facti: in deliberationibus plerunque exfuturi, raro etiam ex inſtantis aut facti, inquit Cicero, 2. *de Orat. pag. m.* 100. Si quidem ita comparatum, ut in republ. varia accidant negotia & illa partim ſub generali Ethices & Politices ratione indeciſa remanſerint, quæ V. C. ita ſunt futura, ut difficile proſpici queant, vel ex inopinato, aut raro uno aliquo caſu, ſeu ſemel vel bis eveniunt, *l. jura, 3. & ſeqq. ff. de ll. l. neq;* 10 *ff. de ll. l. antiqui, 3. §. f. ff. ſi pars heredit. pet. cap. 1. §. 3. Novell.* 44. nec n. leges ita ſcribi poſſunt, ut iis omnes caſus, qui quandoque inciderint, comprehendantur, *l. neq;* 10. *l. non poſſ.* 12. *ff. de ll. l.* 1. §. 2.

ff. quod

ff. quod falſ. tut. aut. geſt. l. Gallus, 29. §. *ſeq.* 13. *ff. de lib. & poſthum. pr. Novell.* 74. *Ariſt.* 5. *Ethic. cap.* 10. ſed hic præter juridicam ſcientiam jus extendendi ad ſimiles caſus *in l. non poſſ.* 12. *l. nam.* 13. *ff. de ll.* attactam, Politices quis opem implorandam habet, nam ſi Jcti conjungant cum judicandi peritia etiam conſultatricem, Politicos eos dici credibile eſt, imò olim Jprudentia penè fuit Politica, *ceu dicit Piccartus in prolegom. Comment. ad Ariſt. Polit.*

III. Prudentia juridica propriè dicitur Jprudentia, & verè eſt vera, niſi fallor, Philoſophia, non ſimulata, h. e. ſpeculativa, *ſecund. l.* 1. §. 1. *ff. de I. & I. junct. Bachov. ad Tr.* 1. *Diſp.* 1. *θ.* 2. *lit. a.* quoniam ut nihil aliud eſt Philoſophia præter ſapientiæ ſtudium, & ſapientia rerum divinarum & humanarum, cauſarumque quibus hæ res continentur, ſcientia, *Cicer.* 2. *de offic.* ut etiam Philoſophus, qui de ſua vi ac ſapientia unus omnia penè profitetur, appellatur, qui ſtudet omnium rerum divinarum atq; hu-

humanarum vim, naturam, cauſasque noſſe & omnem benè vivendi rationem tenere & perſequi, *dicente Cic.* 1. *de Orat. pag. m.* 55. ita & Jprudentia, Juriſq;conſultus circa res divinas& humanas quoad juſtitiam & jus, adeoq; benè vivendi rationem (cum illa omnes in ſeſe virtutes contineat, *pr. Novell.* 69. verſatur, §.1. *j. de I. & I. l. juſtitia*, 10. § *f. ff. eod.* Sicut quoque Philoſophia ab Ariſtotele, qui illam egregiè excoluit, Ariſtotelica, ita & Jprudentia à ſubjecto, Romana & à collectore Imp. Juſtiniano, Juſtinianea appellatur; atq; ut illa prius & facilius, utpote circa generaliſſima, quæ facilius intellectus concipere poteſt, occupata, per multas Philoſophorum coacervata diſputationes, *de quibus Cicer.* 7. *de Orat. pag. m.* 189. & *ſeqq.* adeò ut Gellius quidam Philoſophis Athenis in unum convocatis locum magnopere autor fuerit, ut aliquando controverſiarum aliquem facerent modum, poſſe, ſi nollent ætatem litibus conſumere, rem cum eis convenire, &c. *referente Attico ap. Cicer.*

de ll.

de ll. & Oldendorp. in tr. de I. N. G. & C. ita & Jprudentia poſt illam & tardius& difficilius, quippe circa ſpecialiſſima verſans non usq; adeò ſtatim obvia, per multas, ob legum 12· tabb. ad ſedandos motus civiles, ex incerto NB. poſt exactos reges, jure orientes, *VVeſenb. in par. ff. de O. Iur. n.* 2. à Græciæ civitatibus petitarum, (fontium certè omnis privati & publ. juris, *VVeſenb. in par. ff. de O. Iur. n.* 2.) brevitatem atque adeò obſcuritatem, neceſſarias Jctorum diſputationes, tandem in certum diſciplinæ ſyſtema, quodammodo redacta & communi nomine jus civile eſt appellata, Imp. Juſtiniani autoritate & recta peritorum docendi ratione ſucceſſu temporis accedente, *uti conſtat ex l.* 2. *§. exactus,* 3. *§. ſeq. ib. civitas fund. ll. §. his ll.* 5. *§. poſt hos,* 39. *ib. fundarunt jus, ff. de O. Iur. & ex confirmat. inſt. Dig. & Cod.* ita tamen ut per Juriſperitum illa quotidie in melius produci queat, *l.* 1. *§. poſt orig.* 13. *ff. de O. tur.* cum juri à principibus autoritas, à peritis recta docendi ratio, *Donell.* 1. *Comment. Iur.*

Civ-

Civ. c. 1. in fin. Neq; hoc vitio vertendum Jprudentiæ noſtræ, quia omnia feré, que, ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & diſcipata quondam fuerunt, *ceu dicit Cicer. 1. de Orat. pag. m.* 48. Poſt hæc benè notandum, quod Ariſt. 6. *Et hic. c.* 8. prudentiæ, quæ circa civitatem verſatur, h. e. Politices, dicit partem unam eſſe Legislatricem, alteram Politicam, quæ rurſus vel in conſultando, vel in judicando verſetur, *Cellar.* 1. *Polit. c.* 1. *n.* 20. Cum itaq; Jprudentia noſtra prudentiam legislatoriam & judiciariam expreſſè tractet, totam iſto ſenſu propemodum Politiam, quo ad applicationem, comprehendit, nam Ethica & Politica ſunt una diſciplina, ita ut illa ſit pars communis, hæc propria, *ex Ariſt. Excell. Dn. Mag. Cellar.* 1. *Polit. c. n.* 13. *& ſeqq.* Hoc a. reſpectu tractat Ethica de moribus generalia, Politica de moribus quoad rempubl. ſpecialia, ſed Jprudentia de moribus quoad rem privatam & rempubl. ſpecialiſſima, utpote & generalia & ſpecialia iſta factis & negotiis ſingulis appli-

applicans, ita ut qui hac prudentia ſunt inſtructi, dicantur ſoli rempubl. adminiſtrare, quales videntur eſſe magiſtratus, *ſecund. Ariſt. & ibi Acciajol. 6. Ethic. c. 8. ib. decretum venit in actionem in ultimum, junct. Leon. Novell.* 99.

CAPUT II.

De Jprudentiæ Definitione.

I.

PRudentia juridica ſeu Jurisprudentia eſt prudentia politica de juſtitia & jure rei privatæ ac reipubl. circa animum humanum & hominum facta contingentia rectè proſpiciens & juſtitiam & jus ab initio per leges rectè conſtituendo & iis conſtitutis per judicium rectè utendo; ad inſtar Politices, quæ etiam definitur per prudentiam; cujus quoque eſt & civitatem ab initio conſtituere & conſtituta benè uti, *Ariſt. 1.*

Oecon. c. I. *citat. à Cellar.* I. *Polit. c.* I. *n.* 3. *&* 19. ſeu accommodatius, reſpectu habito ad jus noſtrum: Jprudentia eſt prudentia politica in rerum divinarum atq; humanarum notitia, juſti & injuſti, ſeu æqui & boni ſcientia conſiſtens, æquum ab iniquo circa animum humanum & hominum facta, circa res illas celebrata, ſeparante regulariter per leges & judicium.

II. Genus Jprudentiæ eſt prudentia politica, §. *reſponſa*, 8. *ib. prudentum*, I. *de I. N. G. &c. l.* 2. §. 4. *ib. & civitas fundaretur legib. junct.* §. *ſeq.* 5. *ib. compoſitum à prudentibus jus civ.* §. *poſt orig.* 13. *ib. niſi ſit juriſperitus, &c. ff. de O. Iur. l.* I. *ib. prudentum, l.* 2. *ff. de ll. pr. ib. in noſtra republ. providentia,* Novell. 164. *junct Joſu. cap.* I. *verſ.* 7. *ib. ne recedas ab ea (lege) neq; ad dextram, neq; ad ſiniſtram, ut prudenter agas, junct. verſ. ſeq.* 8. *ib. tunc proſperè cadent, quæcunq; acturus es, tunc prudenter ages,* 3. *Reg. c.* 2. *verſ.* 3. *ib. cuſtodias &c. ut prudenter agas, quæcunq; acturus es, Proverb. c.* I. *v.* 3. *&* 4. *ibid. eruditio prudenter agendi, juſtitia, judicium, & æ-*

qui-

quitates,& c.3. verſ. 12. *ô felicem NB. hominem, qui eruit prudentiam,& c. 5. v. 1. Sap. c. 9. v. 11. ib. hæc me prudenter deducit in actionibus meis, Matth. c. 25. v. 2. & 4. ubi de prudentibus virginibus, junct. Haſenreff, 1. Loc. Theolog. 4. de S. Script. quoad laicos, pag. m. 145. Cicer. 1. de orat. ib. noſtrorum hominum prudentiam, &c. pag. m. 51. Ariſt & ib. Acciajol. 6. Ethic. c. 8.*

III. Differentia ſpecifica in eo conſiſtit, ut de juſtitia & jure rei privatæ ac reipubl. circa animum humanum & hominum facta contingentia Jprudentia rectè proſpiciat, *l. 2. ff. de ll. pr. ib. in noſtra republ. providentia, Novell.* 164. & juſtitiam & jus ab initio per leges rectè conſtituendo & iis conſtitutis per judicium rectè utendo: ſeu quod propemodum eodem recidit, conſiſtit in rerum divinarum atque humanarum notitia, juſti & injuſti, §. 1. *I. de I. & I. l. juſtiti.* 10. *ff. eod.* ſeu boni & æqui ſcientia, æquum ab iniquo circa animum humanum & hominum facta, circa res illas celebrata, ſeparante regulariter per leges & judi-

cium, *l.* 1. §. 1. *ff. de* I. *&* I. *junct.* *Levit. c.* 17. *vers.* 4. *&* 5. *Ezech. c.* 20. *vers.* 11. *&* 12. *l.* 2 *ib. reg. eſſe juſtorum & injuſt. ff. de ll. l.* 1. *pr. C. de V. I. Enucl. pr ib. lege ſanare, Novell.* 34. *Imp. Leon. in proœm. Novell. ib· ex ll. tranquillo ſtatu ſalus reipubl. junct. Levit. c.* 19. *vers.* 15. *Deut. c.* 1. *vers.* 16. *&* 17. *vers.* 1. 2. 3. *& expreſſè quoad judicium div. & humanum,* 2. *Chron. c.* 19. *vers.* 8. *& ſeqq. junct. pr. & ibi Criſp. lit. c. proœm. inſt. jur. l. nullus,* 14. *ib. judiciorum vigor in medio, C. de Iudæi, l. ſi pacta,* 14. *C. de pact. l. f. pr. C. de petit. heredit. Laurenberg. in Epit. Polit. c.* 1. *&* 2. *Cicer. parad.* 4. *ib. non erat illa tum civitas, NB. cum leges in ea nihil valebant, cum judicia jacebant, pag. m.* 377. Comprehendit a. 1. Finem, 2. Objectum duplex, inſtar Politices, *de q. Cellar.* 1. *Polit.* 1. *n.* 21. nim. materiale & quod in operatricibus diſciplinis â fine reſtringitur. *Zabarell* 1. *de nat. Log. c.* 15. formale, 3. Media, quibus finis obtinetur & in objectum deducitur, adeóq; tres partes, qualibus quævis diſciplina practica abſolvitur, *Dn. Pr. Doct Hornei. P. M.* 1. *Ethic. c.* 2. *n.* 6. *Arniſ.* 1. *Polit. c.* 1.

CA-

CAPUT III.

De Cauſa efficiente.

I.

Cum naturale ſit, ut communia prius deinde uniuscuiusque propria tractentur, *Magir.* 1. *comment. Phyſic. c.* 2. *n.* 3. jam communia Jprud. principia perſequar. Et quia nihil à ſeipſo fieri poteſt, ſed ubique præexiſtentem cauſam efficientem requirit, utique & Jprudentia cauſam efficientem primum præſupponit. Eſt a. cauſa efficiens Jprudentiæ, in ſe & abſtracto conſideratæ, quæ hanc effecit, & finem eius in objectum, ſecundùm voluntatem ſuam, introducere intendit, remota, Deus T. Opt. Max. in S. Scriptura revelatus; propinqua & intermedia, magiſtratus, nam per me reges regnant & principes decernunt juſtitiam, inquit Sapientia div. *Proverb.* 8. *verſ.* 14. & 15. *confer.* 3. *Reg. c.* 2. *verſ.* 15.

 & 16.

& 16. ad Rom. c. 13. v. 1. 2. 5. 9. pr. Novell. 72. pr. §. 1. Novell. 73. pr. ib. quicquid ad utilitatem à Deo nobis traditæ reipubl. Novell. 81. *pr. ib. reipubl. à nobis datæ,* Novell. 169. Magiſtratum a. intelligo, penes quem ſuprema eſt majeſtas in repul. adeoq; prudentia illa politica; quæ regia ſeu imperatoria abſoluta ſupr. dicitur) quæ rempubl. totam gubernat & in civitate eſt ubique ſumma poteſtas, *Ariſt. 3. polit. c. 6.* à qua eriam præcipuè rerumpl. naſcitur diverſitas, ut ſi ſit illa majeſtas penes unum, Monarchia, vel Tyrannis, ſi penes uno plures, non tamen omnes, ſed indiviſim, Ariſtocratia, vel Oligarchia, ſi penes multos ſeu univerſos indiviſim, Politica, vel Democratia, ſi penes plures diviſim, reſpubl. mixta dicatur, EX*cellentiſſ. Dn. Mag.* Cellar. *2. polit. c. 1. n. 15. & 18.* Principium dirigens univerſaliſſimum hic eſt quoad Deum: Omnia ad Dei voluntatem ſunt facienda: quoad magiſtratum: Omnia ad magiſtratus voluntatem, in legibus contentam, ſed Deo non contrariam, ſunt facienda, quip-

quippe qui Dii terreſtres ſalutantur, *Pſ.* 82. *vers.* 6. *Ioh.* 10. *vers.* 1. 34. *&* 35.

II. Cauſa v. efficiens Jprud. in ſubjecto ſuo, ſeu concreto conſideratæ, ſunt præter potentiam naturalem & doctrinam, crebræ actiones & iteratæ, ut aliorum habituum ſeu virtutum, *Ariſt.* 2. *Ethic. c.* 1. 2. 3. *&* 4. *Donaldz.* 2. *Synopſ. Ethic. c.* 4. *pag. m.* 79. Sicuti quoad Politicam, illa duo, ars & uſus ita ſunt inter ſe colligata, ut nec uſus ſine arte, nec ars ſine uſu perfectum Politicum abſolvat, *ceu dicit Piccartus in proleg. Comment. ad Ariſt. polit.* Nam præter naturalem hominis potentiam ac ingenii aptitudinem præterq; acquirendam in Academiis doctrinam, Jprudentiam & in foro exercitatio efficit & perficit, *§. cumq;* 3. *ib. ſolertiam & ll. ſcientiam, proœm. Inſt. Iur. §. pen. ib. quotidiano rerum uſu, l. de ſatisdat. l.* 1. *§.* 1. *ib. tam doctrina, quam experientia rerum, C. de Inſt. Cod. confirmand. l. certi,* 17. *C. de judic.* quia peritia (quæ ſola ex exercitatione) appellatur plenitudo ſcientiæ & prudentiæ, vel artis perfectio, *Don. Garſ. Ma-*

ſtrill. 2. de Magiſtrat. c. 3. n. 40. ut impoſſibile ſit, vel admodum difficile, ut qui operâ ipſa non tractat, peritè valeat judicare, *offerente Ariſt. 8. polit. c.* 6. Unde hoc principium dirigens: Jprudentiæ theoria cum praxi conjungenda.

CAPUT IV.

De fine externo.

I.

Finis Jprudentiæ externus eſt juſtitia & jus, licet illâ utens quis hunc finem interdum non aſſequatur, cum externus finis non ſemper ſit in poteſtate agentis, *Dn. Doct. Hornei P.M. Diſp. Logic.* §. 28. Juſtitia & jus dixi. Nam in quibus obtentis Jprudentia acquieſcit, illa ſunt finis ipſius adæquatus. Atqui in juſtitia & jure obtentis Jprudentia acquieſcit: Ergò &c. Item: Quæ Jprudentiæ objectum quoad omnes partes perficiunt, illa ſunt finis ipſius adæquitatus, ſiquidem Jprudentiæ finis omninò in illius objectum eſt introducendus, ut illud per protoplaſto-

ſtorum lapſum corruptum, in quantnm fieri poteſt & Jprudentiæ eſt conceſſum, in rebus divinis & humanis ſeu naturalibus, in integrum & priſtinæ perfectitudini reſtituatur. Atqui juſtitia & jus Jurisprudentiæ obiectum, nim. animum humanum & hominum actiones, quoad omnes partes perficiunt, quia juſtitia in animum humanum, *l.* 1. §. 1. *ib. bonos, ff. de I. & I. l.* 2. *ib. bonis, ff. de ll. pr.* Novell. 67. *pr. ib. juſtitia neque appetit aliena.* Novell. 163. & jus in facta hominum ſeu negotia contingentia, introducta defectus illorum tollunt, ita ut animus juſtus & facta juſta & æqualia, adeoque juri & æquitati, ceu inter parum & nimium medio, conſentanea fiant, 3. *Reg. c.* 2. *v.* 3. *l.* 2. §. *poſt orig.* 13. *ib. effectus rei, ff. de O. jur. l. non eſt,* 23. §. 1. & 2. *ib. æquitati, ff. quod met. cauſ. c.* 2. *ib. ut ſubditi ſecundùm illas (leges) vitam ſuam inſtituant* Novell. 24. *pr. ib. jura negotiis,* Novell. 111. *junct Ariſt. & ibi Acciajol.* 5. *Ethic. c.* 1. *pr. & c.* 4.

II. Juſtitia v. alia eſt divina, alia eſt humana, *arg. l. juſtitia,* 10. §. 2. *ib. divina-*

rum ad regiæ iſtius ac principis faculta-tis nutum, *Suthold. 1. ad inſt. aph. 2.* & hæc eſt vel juridica vel ſenatoria, quæ eſt prudentia politica rectè de futuris regulariter reipubl. negotiis proſpiciendi & deliberandi; dicta conſultoria, quod conſiliis dandis ſit occupata, *Donaldz. d. 3. Synopſ. Ethic. c. 13.* Regulariter dixi, nam eſt primum cauſarum genus in judiciis ex controverſia facti: in deliberationibus plerunque ex futuri, rarò etiam ex inſtantis aut facti, inquit Cicero, *2. de Orat. pag. m.* 100. Si quidem ita comparatum, ut in republ. varia accidant negotia & illa partim ſub generali Ethices & Politices ratione indeciſa remanſerint, quæ V. C. ita ſunt futura, ut difficile proſpici queant, vel ex inopinato, aut rarò uno aliquo caſu, ſeu ſemel vel bis eveniunt, *l. jura, 3. & ſeqq. ff. de ll. l. neq;* 10 *ff. de ll. l. antiqui, 3. §. f. ff. ſi pars heredit. pet. cap. 1. §. 3. Novell. 44.* nec n. leges ita ſcribi poſſunt, ut iis omnes caſus, qui quandoque inciderint, comprehendantur, *l. neq;* 10. *l. non poſſ.* 12. *ff. de ll. l. 1. §. 2.*

ff. quod

ff. quod falſ. tut. aut. geſt. l. Gallus, 29. §. *ſeq.* 13. *ff. de lib. & poſthum. pr. Novell.* 74. *Ariſt.* 5. *Ethic. cap.* 10. ſed hic præter juridicam ſcientiam jus extendendi ad ſimiles caſus *in l. non poſſ.* 12. *l. nam.* 13. *ff. de ll.* attactam, Politices quis opem implorandam habet, nam ſi JCti conjungant cum judicandi peritia etiam conſultatricem, Politicos eos dici credibile eſt, imò olim Jprudentia penè fuit Politica, *ceu dicit Piccartus in prolegom. Comment. ad Ariſt. Polit.*

III. Prudentia juridica propriè dicitur Jprudentia, & verè eſt vera, niſi fallor, Philoſophia, non ſimulata, h. e. ſpeculativa, *ſecund. l.* 1. §. 1. *ff. de I. & I. junct. Bachov. ad Tr.* 1. *Diſp.* 1. *θ.* 2. *lit. a.* quoniam ut nihil aliud eſt Philoſophia præter ſapientiæ ſtudium, & ſapientia rerum divinarum & humanarum, cauſarumque quibus hæ res continentur, ſcientia, *Cicer.* 2. *de offic.* ut etiam Philoſophus, qui de ſua vi ac ſapientia unus omnia penè profitetur, appellatur, qui ſtudet omnium rerum divinarum atq; hu-

humanarum vim, naturam, cauſasque noſſe & omnem benè vivendi rationem tenere & perſequi, *dicente Cic. I. de Orat. pag. m. 55.* ita & Jprudentia, Juriſq; conſultus circa res divinas & humanas quoad juſtitiam & jus, adeoq; benè vivendi rationem (cum illa omnes in ſeſe virtutes contineat, *pr. Novell.* 69. verſatur, *§. I. j. de I. & I. l. juſtitia*, 10. *§. f. ff. eod.* Sicut quoque Philoſophia ab Ariſtotele, qui illam egregiè excoluit, Ariſtotelica, ita & Jprudentia à ſubjecto, Romana & à collectore Imp. Juſtiniano, Juſtinianea appellatur; atq; ut illa prius & facilius, utpote circa generaliſſima, quæ facilius intellectus concipere poteſt, occupata, per multas Philoſophorum coacervata diſputationes, *de quibus Cicer. 2. de Orat. pag. m.* 189. & *ſeqq.* adeò ut Gellius quidam Philoſophis Athenis in unum convocatis locum magnopere autor fuerit, ut aliquando controverſiarum aliquem facerent modum, poſſe, ſi nollent ætatem litibus conſumere, rem cum eis convenire, &c. *referente Attico ap. Cicer.*

de ll.

de ll. & Oldendorp. in tr. de I. N. G. & C. ita & Jprudentia poſt illam & tardius& difficilius, quippe circa ſpecialiſſima verſans non usq; adeò ſtatim obvia, per multas, ob legum 12· tabb. ad ſedandos motus civiles, ex incerto NB. poſt exactos reges, jure orientes, *VVeſenb. in par. ff. de O. Iur. n.* 2. à Græciæ civitatibus petitarum, (fontium certè omnis privati & publ. juris, *VVeſenb. in par. ff. de O. Iur. n.* 2.) brevitatem atque adeò obſcuritatem, neceſſarias JCtorum diſputationes, tandem in certum diſciplinæ ſyſtema, quodammodo redacta & communi nomine jus civile eſt appellata, Imp. Juſtiniani autoritate & recta peritorum docendi ratione ſucceſſu temporis accedente, *uti conſtat ex l.* 2. *§. exactu,* 3. *§. ſeq. ib. civitas fund. ll. §. his ll.* 5. *§. poſt hos,* 39. *ib. fundarunt jus, ff. de O. Iur. & ex confirmat. inſt. Dig. & Cod.* ita tamen ut per Juriſperitum illa quotidie in melius produci queat, *l.* 1. *§. poſt orig.* 13. *ff. de O. Iur.* cum juri à principibus autoritas, à peritis recta docendi ratio, *Donell.* 1. *Comment. Iur.*

Civ, c. 1. in fin. Neq́; hoc vitio vertendum Jprudentiæ noſtræ, quia omnia feré, quæ, ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & diſcipata quondam fuerunt, *ceu dicit Cicer. 1. de Orat. pag. m.* 48. Poſt hæc benè notandum, quod Ariſt. 6. *Et hic. c.* 8. prudentiæ, quæ circa civitatem verſatur, h. e. Politices, dicit partem unam eſſe Legislatricem, alteram Politicam, quæ rurſus vel in conſultando, vel in judicando verſetur, *Cellar.* 1. *Polit. c.* 1. *n.* 20. Cum itaq́; Jprudentia noſtra prudentiam legislatoriam & judiciariam expreſſè tractet, totam iſto ſenſu propemodum Politiam, quo ad applicationem, comprehendit, nam Ethica & Politica ſunt una diſciplina, ita ut illa ſit pars communis, hæc propria, *ex Ariſt. Excell. Dn. Mag. Cellar.* 1. *Polit. c. n.* 13. *& ſeqq.* Hoc a. reſpectu tractat Ethica de moribus generalia, Politica de moribus quoad rempubl. ſpecialia, ſed Jprudentia de moribus quoad rem privatam & rempubl. ſpecialiſſima, utpote & generalia & ſpecialia iſta factis & negotijs ſingulis appli-

applicans, ita ut qui hac prudentia ſunt inſtructi, dicantur ſoli rempubl. adminiſtrare, quales videntur eſſe magiſtratus, *ſecund. Ariſt. & ibi Acciajol.* 6. *Ethic. c.* 8. *ib. decretum venit in actionem in ultimum, junct. Leon.* Novell. 99.

CAPUT II.

De Jprudentiæ Definitione.

I.

PRudentia juridica ſeu Jurisprudentia eſt prudentia politica de juſtitia & jure rei privatæ ac reipubl. circa animum humanum & hominum facta contingentia rectè proſpiciens & juſtitiam & jus ab initio per leges rectè conſtituendo & iis conſtitutis per judicium rectè utendo; ad inſtar Politices, quæ etiam definitur per prudentiam; cujus quoque eſt & civitatem ab initio conſtituere & conſtituta benè uti, *Ariſt.* 1.

quitates, & c.3. verſ. 12. *à felicem NB. hominem, qui eruit prudentiam, & c. 5. v. 1. Sap. c. 9. v. 11. ib. hæc me prudenter deducit in actionibus meis, Matth. c. 25. v. 2. & 4. ubi de prudentibus virginibus, junct. Hafenreff, 1. Loc. Theolog. 4. de S. Script. quoad laicos, pag. m. 145. Cicer. 1. de orat. ib. noſtrorum hominum prudentiam, &c. pag. m. 51. Ariſt & ib. Acciajol. 6. Ethic. c. 8.*

III. Differentia ſpecifica in eo conſiſtit, ut de juſtitia & jure rei privatæ ac reipubl. circa animum humanum & hominum facta contingentia Jprudentia rectè proſpiciat, *l. 2. ff. de ll. pr. ib. in noſtra republ. providentia, Novell.* 164. & juſtitiam & jus ab initio per leges rectè conſtituendo & iis conſtitutis per judicium rectè utendo: ſeu quod propemodum eodem recidit, conſiſtit in rerum divinarum atque humanarum notitia, juſti & injuſti, §. 1. *I. de I. & I. l. juſtiti.* 10. *ff. eod.* ſeu boni & æqui ſcientia, æquum ab iniquo circa animum humanum & hominum facta, circa res illas celebrata, ſeparante regulariter per leges & judi-

cium, *l.* 1. §. 1. *ff. de I. & I. junct. Levit. c.* 17. *vers.* 4. & 5. *Ezech. c.* 20. *vers.* 11. & 12. *l.* 2 *ib. reg. eſſe juſtorum & injuſt. ff. de ll. l.* 1. *pr. C. de V. I. Enucl. pr ib. lege ſanare, Novell.* 34. *Imp. Leon. in proœm. Novell. ib ex ll. tranquillo ſtatu ſalus reipubl. junct. Levit. c.* 19. *vers.* 15. *Deut. c.* 1. *vers.* 16. & 17. *vers.* 1. 2. 3. & *expreſſè quoad judicium div. & humanum,* 2. *Chron. c.* 19. *vers.* 8. & *ſeqq. junct. pr. & ibi Criſp. lit. c. proœm. inſt. jur. l. nullus,* 14. *ib. judiciorum vigor in medio, C. de Iudæi, l. ſi pacta,* 14. *C. de pact. l. f. pr. C. de petit. heredit. Laurenberg. in Epit. Polit. c.* 1. & 2. *Cicer. parad.* 4. *ib. non erat illa tum civitas, NB. cum leges in ea nihil valebant, cum judicia jacebant, pag. m.* 377. Comprehendit a. 1. Finem, 2. Objectum duplex, inſtar Politices, *de q. Cellar.* 1. *Polit.* 1. *n.* 21. nim. materiale & quod in operatricibus diſciplinis â fine reſtringitur. *Zabarell* 1. *de nat. Log. c.* 15. formale, 3. Media, quibus finis obtinetur & in objectum deducitur, adeóq; tres partes, qualibus quævis diſciplina practica abſolvitur, *Dn. Pr. Doct Hornei. P. M.* 1. *Ethic. c.* 2. *n.* 6. *Arniſ.* 1. *Polit. c.* 1.

CA-

CAPUT III.
De Cauſa efficiente.

I.

CUm naturale ſit,ut communia prius deinde uniuscuiusque propria tractentur, *Magir.* 1. *comment. Phyſic. c.* 2. *n.*3. jam communia Jprud. principia perſequar. Et quia nihil à ſeipſo fieri poteſt, ſed ubique præexiſtentem cauſam efficientem requirit, utique & Jprudentia cauſam efficientem primum præſupponit. Eſt a. cauſa efficiens Jprudentiæ,in ſe & abſtracto conſideratæ,quæ hanc effecit, & finem eius in objectum, ſecundùm voluntatem ſuam, introducere intendit, remota, Deus T. Opt.Max. in S. Scriptura revelatus; propinqua & intermedia,magiſtratus, nam per me reges regnant & principes decernunt juſtitiam, inquit Sapientia div. *Proverb.* 8. *verſ.* 14. *&* 15. *confer.* 3. *Reg. c.* 2. *verſ.* 15. *&* 16.

& 16. *ad Rom. c.* 13. *v.* 1. 2. 5. 9. *pr. Novell.* 72. *pr.* §. 1. *Novell.* 73. *pr. ib. quicquid ad utilitatem à Deo nobis traditæ reipubl.Novell.* 81. *pr. ib. reipubl. à nobis datæ, Novell.* 169. Magiſtratum a. intelligo, penes quem ſuprema eſt majeſtas in repul. adeoq; prudentia illa politica; quæ regia ſeu imperatoria abſoluta ſupr. dicitur) quæ rempubl. totam gubernat & in civitate eſt ubique ſumma poteſtas, *Ariſt.* 3. *polit.c.*6. à qua eriam præcipuè rerumpl. naſcitur diverſitas, ut ſi ſit illa majeſtas penes unum, Monarchia, vel Tyrannis, ſi penes uno plures, non tamen omnes, ſed indiviſim, Ariſtocratia, vel Oligarchia, ſi penes multos ſeu univerſos indiviſim, Politica, vel Democratia, ſi penes plures diviſim, reſpubl. mixta dicatur, EX- *cellentiſſ. Dn. Mag. Cellar.* 2. *polit. c.* 1. *n.* 15. *&* 18. Principium dirigens univerſaliſſimum hic eſt quoad Deum: Omnia ad Dei voluntatem ſunt facienda: quoad magiſtratum: Omnia ad magiſtratus voluntatem, in legibus contentam, ſed Deo non contrariam, ſunt facienda, quip-

quippe qui Dii terreſtres ſalutantur, *Pſ.* 82. *vers.* 6. *Ioh.* 10. *vers.* 1. 34. *&* 35.

II. Cauſa v. efficiens Jprud. in ſubjecto ſuo, ſeu concreto conſideratæ, ſunt præter potentiam naturalem & doctrinam, crebræ actiones & iteratæ, ut aliorum habituum ſeu virtutum, *Ariſt.* 2. *Ethic. c.* 1. 2. 3. *&* 4. *Donaldz.* 2. *Synopſ. Ethic. c.* 4. *pag. m.* 79. Sicuti quoad Politicam, illa duo, ars & uſus ita ſunt inter ſe colligata, ut nec uſus ſine arte, nec ars ſine uſu perfectum Politicum abſolvat, *ceu dicit Piccartus in proleg. Comment. ad Ariſt. polit.* Nam præter naturalem hominis potentiam ac ingenii aptitudinem præterq; acquirendam in Academiis doctrinam, Jprudentiam & in foro exercitatio efficit & perficit, §. *cumq;* 3. *ib. ſolertiam & ll. ſcientiam, proœm. Inſt. Iur.* §. *pen. ib. quotidiano rerum uſu, I. de ſatisdat. l.* 1. §. 1. *ib. tam doctrina, quam experientia rerum,* C. *de Inſt. Cod. confirmand. l. certi,* 17. C. *de judic.* quia peritia (quæ ſola ex exercitatione) appellatur plenitudo ſcientiæ & prudentiæ, vel artis perfectio, *Don. Garſ. Ma-*

ſtrill. 2. de Magiſtrat. c. 3. *n.* 40. ut impoſſibile ſit, vel admodum difficile, ut qui opera ipſa non tractat, peritè valeat judicare, *offerente Ariſt.* 8. *polit. c.* 6. Unde hoc principium dirigens: Jprudentiæ theoria cum praxi conjungenda.

CAPUT IV.

De fine externo.

I.

Finis Jprudentiæ externus eſt juſtitia & jus, licet illâ utens quis hunc finem interdum non aſſequatur, cum externus finis non ſemper ſit in poteſtate agentis, *Dn. Doct. Hornei. P. M. Diſp. Logic. θ.* 28. Juſtitia & jus dixi. Nam in quibus obtentis Jprudentia acquieſcit, illa ſunt finis ipſius adæquatus. Atqui in juſtitia & jure obtentis Jprudentia acquieſcit. Ergò &c. Item: Quæ Jprudentiæ objectum quoad omnes partes perficiunt, illa ſunt finis ipſius adæquitatus, ſiquidem Jprudentiæ finis omninò in illius objectum eſt introducendus, ut illud per protopla-

ſtorum lapſum corruptum, in quantum fieri poteſt & Jprudentiæ eſt conceſſum, in rebus divinis & humanis ſeu naturalibus, in integrum & priſtinæ perfectitudini reſtituatur. Atqui juſtitia & jus Jurisprudentiæ obiectum, nim. animum humanum & hominum actiones, quoad omnes partes perficiunt, quia juſtitia in animum humanum, *l.* 1. §. 1. *ib. bonos, ff. de I. & I. l.* 2. *ib. bonis, ff. de ll. pr. Novell.* 67. *pr. ib. juſtitia neque appetit aliena. Novell.* 163. & jus in facta hominum ſeu negotia contingentia, introducta defectus illorum tollunt, ita ut animus juſtus & facta juſta & æqualia, adeoque juri & æquitati, ceu inter parum & nimium medio, conſentanea fiant, 3. *Reg. c.* 2. *v.* 3. *l.* 2. §. *poſt orig.* 13. *ib. effectus rei, ff. de O. jur. l. non eſt,* 23. §. 1. & 2. *ib. æquitati, ff. quod met. cauſ. c.* 2. *ib. ut ſubditi ſecundùm illas (leges) vitam ſuam inſtituant Novell.* 24. *pr. ib. jura negotiis, Novell.* 111. *junct Ariſt. & ibi Acciajol.* 5. *Ethic, c.* 1. *pr. & c.* 4.

II. Juſtitia v. alia eſt divina, alia eſt humana, *arg. l. juſtitia,* 10. §. 2. *ib. divina-*

rum atq; humanarum, ff. de I. & I. junct. t. t. C. de S.Eccleſ. Divina ſepoſitis Ethnicorum J&torum erroribus, nobis Chriſtianis eſt juſtitia Chriſti, quæ quoad Jprudentiam divinam juſtificatoriam Theologis competentem, per fidem in Chriſtum, meritum illius applicantem ac per opera caritatis efficacem obtinetur & hominem peccato corruptum, in integr. reſtituit, *ad Epheſ. c. 4. verſu 13. junct. ad Galat. c. 5. verſu 5. & 6. junct. Ioh. c. 20. v. 31.* Cæteroqui quoad Jprudentiam divinam diſciplinarem, ad externum ſcandalum præcavendum, etiam J&tis competentem, ad illam juſtitiam per judicium divinum quoq; quis, ubi à recto deviat, impellendus venit, quod aliàs conſiſtoriale vocari poteſt, ſeu Eccleſiaſticum, *c. per venerab. 13. Qui fil. ſ. legit.* Humana juſtitia eſt virtus, ſeu habitus quo homines apti ſunt ad res juſtas agendas & quo juſta volunt & juſta agunt, *Ariſt. 5. Ethic. c. 1.* ſeu ſecundùm J&tos eſt conſtans & perpetua voluntas (rectius virtus voluntatis) æquabiliter, *arg. l. non eſt, 23. §. 1. & 2. ib.*

2. *ib. æquitati &c. ff. quod met. cauſ.* jus ſuum cuique tribuendi, *pr. l. de l. l. juſtitia, 10. ff. eod. junct. pr. Novell.* 163. eſtq; vel univerſalis, vel particularis. Univerſalis eſt, qua omnibus legibus ad publicam ſocietatis conſervationem, obedientia præſtatur, quo reſpectu omnes in ſeſe virtutes continet & juſtè dicuntur, quæ felicitatem, eiuſque partes civili ſocietati efficiunt & conſervant, *ſecund. Ariſt.* 5. *Ethic. c.* 1. *Donaldz* 3. *Synopſ. Ethic. c.* 7. Et hæc univerſalis juſtitia eſt etiam finis Jprudentiæ noſtræ, quippe quam & Legislator, qui tales utique cives vult efficere, quales ſecundum omnes virtutes commune bonum & reipubl. decus univerſum poſtulat, in legibus ferendis & jam latis obſervat, *l.* 2. *ib. omnes qui in republ. & ib. lex eſt omnium rer. junct. verb. juſtorum & injuſtorum, ff de ll. pr. Novell.* 69. *c. f. diſtinct.* 3. Pol. Ordn. *Carol. V.* Zu Augſp. *de ann.* 1530. *per. toc.* Reichs Abſch. *ibid. de ann.* 1551. §. Dieweil aber zu Außreutung vieler unleitlicher ſtraffbahrer Laſter *&c. & Ferdinand.* 1. *ibid. de ann.* 1559. §.

Weiter haben wir. *Acciajol. ad Ariſt 5. Ethic. c. 1. in verb. cum a. ll. transgreſſor. junct. Sutholt. 1. ad inſt. aph. 24. & ſeqq. Bach. ad pr. l. de l. & l. n. 3.* & adeò etiam JCtus in ll. explicandis & magiſtratus ſeu Judex in iisdem exequendis ob oculos habet, aut certè habere debet, quippe omnes ad legislatoris voluntatem in ll. contentam ſeſe accommodare neceſſum habentes, ut ſecundùm illarum præſcriptum omnes, qui in republ. ſunt, vitam inſtituant & juſtè agant, *arg. d. l. 2. ff. de ll. junct. Ariſt. & ibi Acciaiol. 5. Ethic. c. 1. in verb. cum a ll. tranſgreſſor.* Ut proinde Jprudentiæ finis ultimus ſit vitæ felicitas ſeu beatitudo, *l. humanum, 8. ib. ad beatitudinem noſtri imperii, C. de ll. l. iniquum, 17. C. de his qui accuſ. non poſſ. pr. & §. 1. de prohib. feudi alienat. 2. Feud. 52. Suthult. de Idict. aph. 85. weſemb. in ꝛ ff. de ll. n. 6. Concenat. in præfat. ad Bart. Comment. Iur. civ.* nam felicitas ſeu ſummum bonum eſt operatio vel functio animi, ſeu rationalis in animo facultatis ſecundùm virtutem optimam, in vita perfecta, *ex Ariſt. 1. Ethic. c. 7. Dn.*

Pr.

Pr. Doctoris Hornei, 1. *Ethic. c.* 7. *n.* 12. & conſiſtſtit, quoad corpus, in omnium rerum neceſſariarum (non per ſe, ſed quatenus illæ virtuti inſerviunt) ſufficiente copiâ! & præcipuè, quoad animum, in inſtitutis ſecundùm virtutem, ſeu juſtitiam in ſeſe virtutes continentem omnes *Ariſt.* 5.*Ethic. c.* 1.civium actionibus *l. f. ib. Plato cum inſtitueret, quemadmodum civitas bene beatèq; habitari poſſet, inprimis iſtos negotiatores neceſſarios duxit, ff. de nundinis, pr. ib. bonis actionibus, Novell.* 163. *pr. ib. virtutibus auctiores, Novell.* 164. *junct. Ariſt. & ibi Acciaiol.* 5. *Ethic. c.*1. *& Acciaiol. ad Ariſt.* 6. *Ethic. c.* 2. *ib. & huius eſt appetitus, Excellentiſſ. Dn. Mag. Bucholtz, amico meo ſing.* 2. *Exercit. Ethic. c.* 28. §. 1. *& ſeqq.* Siquidem uſus & actio ſunt finis, habitus autem propter uſum eſt, *inquit Ariſt. Magn. Moral. c.* 3. Juſtitia particul. eſt virtus, quæ tam in rerum diſtributione, quàm commutatione ita hominem ſe gerere docet, ut nec de externis bonis plus ſibi vendicet & minus alteri relinquat, nec rurſus de malis, hoc eſt, pœ-

nis,oneribus &c. minus ſibi & plus alteri, & quàm par eſt & jure debetur, *ex Ariſt. Dn. Doct. Hornei*, 3, *Ethic. c*, 11, *n*, 12, & proinde duplex exiſtit,commutativa, quæ rerum commutationi præeſt& nullo habito perſonarum reſpectu,eam ſervat æqualitatem, ut omnis inæqualitas corrigatur, & ſuum quiſque conſequatur, *ſecund. Ariſt.* 5. *Ethic. c*, 2, & 4, *junct. Donaldz*, 3, *Synopſ. Ethic. c*, 7, & diſtributiva, quæ rerum diſtributioni præeſt & pro ratione dignitatis perſonarum & æqualitatis rerum, ſingulis ſuum de iis tribuit: perſonis verò ut plurimum, quæ publ. munus gerunt, ut ſunt magiſtratus, paterfamilias,&c.competit, *Donaldz*, 3, *Synopſ. Ethic. c*, 7, Ut à Jprudentia intellectui pract. ceu ſubiecto ſuo ineſt & iuſtitiam, affectuum moderatricem, dirigit, inq; certum finem ordinat, ita iuſtitia voluntati ineſt & quod à Jprudentia præſcribitur, id ipſum conſtanter exquitur, *vide Excellentiſſ. Dn. Mag. Bucholtz*, 3, *Exercit. Ethic.* 4, §. 1. Principium verò dirigens quoad iuſtitiam eſt: ius ſuum cuiq;

cuiq; quiſquis etiam ſit, eſt tribuendum; quoad vitæ felicitatem, lex iſta generaliſſima: Salus populi ſuprema lex eſto, *Cicer.* 3, *de ll*, nim. omnia ad populi ſalutem in republ ſunt referenda, quomodocunq; etiam ſeſe habeant.

III. Jus eſt duplex, dirigens & dirigendum, prout Jprudentia, vel ut legislatoria, vel judiciaria conſideranda venis. Jus dirigens, quod nimirum jus quod cuiuſque eſt, dirigit, eſt juſſum maieſtatis, exequens & iubens in foro id, quod Juſtitia dictitat in animo ſeu voluntate, *per ea, quæ habet Calvin. in Lexic. Iurid. in jus.* Dividitur hcc rectè quoad finem Jprudentiæ & obiectum ſecundarium, nimirum res div. & human. 1, *l. de I. & J. l. Juſtitia* 10. *§. f. ff. eod. l.* 1. *pr. C. de V. J. Enucleand.* in divinum & humanum, utrumque rurſus quoad finem ſuum, quod quoddam jus privatim, quod d.m. v. publicè utile eſt, in privatum & publ. *§. f. J. de J. & J. l.* 1, *§.* 2, *ff. eod. l. humanũ,* 8, *C. de ll. l.* 1, *C. de pœna iud. qui* malè *iudic.* Jus divinum eſt, quod dirigit humanas

actio

actiones ad divinam & ſupernaturalem vitæ felicitatem. Jus div. privatum eſt, quod ad divinam ſingulorum ſeu rei privatæ utilitatem, & felicitatem ſpectat: Jus div. publicum, quod ad ſtatum reipublicæ divinæ, ſeu ad divinam univerſorum beatitudinem pertinet, *arg. d. §. f. & d. l. 10. §. 2. ff. de J. & J. junct. Nobiliſſ. Dn. Doct. Calixt. p. 1. & 2. Epit. Theolog. c. de Eccleſ. Duaren. 1. de ſacr. Eccleſ. miniſt. & benef. c. 1.* jus humanum eſt, quod ad humanam & naturalem vitæ beatitudinem ſpectat. Jus humanum privatum eſt, quod ad humanam ſingulorum utilitatem & felicitatem conducit: & recté dividitur, quoad ſubjectum, in quo eſt, nim. quoad Naturam, Gentes pleraſq; lumine communis Naturæ quadantenus utentes nam in quibusdam plané id extinctum, (*ut videre eſt ap. Nobiliſſ. Dn. Pr. Doct. Calixt. p. 1. Theolog. Moral. de ll. pag. m. 50. & ſeqq.*) & civitatem Rom. in jus naturale, gentium & civile, quorum juris nat. deſcriptio in *jure noſtro* de brutis analogicè, *vid Dn.*

Doct.

Doct. Hornei. 4. Ethic. c. 3. n. 24. & Dn. Doct. Calixt. p. 1. Theolog Morai. c. de ll. v. improc priè &c. de hominibus propriè ac verè prædicatur: *jus* gent. communem naturam ſequitur: *jus* a. civile *juri* nat. aliquid addit, vel detrahit, §. 1. *l. de I. N. G. & C. l. omnes,* 9. *junct. l. jus,* 6. *ff. de I. & I. l. bona fide,* 31. *pr: ff. depoſit. Dn. Doct. Calixt. p. c. de ll. v. dictum a. &c.* Cæterum *jus* civ. omne *jus,* quo civitas utitur, ſimpliciter & *jus* œconomicum non niſi ſecundum quid vocat Ariſtoteles 5. *Ethic. c.* 6. & 7. *vid. Dn. Doct. Hornei.* 4. *Ethic c.* 3. *n.* 24. *Donaldz.* 2. *Synopſ. Ethic. c.* 7. *Jus* humanum publ. eſt, quod ad ſtatum reipubl. humanæ, ſeu ad humanum univerſorum beatitudinem pertinet, *arg.* §. *f.* I. *de* I. *l juſtitia,* 10, §. 2, *ff, eod.* nam idem eſt privati hominis, quod civitatis, & idem civitatis, quod privati hominis bonum; ut n. ſinguli homines, ita civitates etiam univerſæ felices iudicandæ, ſi virtute ſint præditæ & tanta reliquorum bonorum copia inſtructæ, ut virtutum actiones non impediantur, *Ariſt. &*

ibi

ibi Heidmann. 7, *Polit. c.* 1, *vid. Loccen.* 1, *de ordinand. republ. c.* 15, Cum v. æquitas & bonitas ad juſtitiam, æquum & bonum ad juſtum ſeu jus referatur, *Ariſt.* 5, *Ethic. c.* 10 *Cicer.* 1. *de offic.*; cumq; jus & æquitas civitatis vincula dicantur *Cicer. in parad.* 4, *vid. pr. Novell.* 163. merito nec æquitas & bonitas negligenda, quippe quæ æquitas eſt emendatio, vel ſupplementum Juris in legibus contenti, eâ ex parte, quia Jus conſtitutum ob univerſale deficit, *l.* 1, *C. de pact. l. placuit,* 8. *C. de judic. junct. Ariſt.* 5. *Ethic. c.* 10, vocatur à JCtis ratio naturalis, §, 1, *J. de J. N. G. & C.* æquitas naturalis, §, *theſauros,* 39. §, *ſeq.* 40 *J. de R. Diviſ. l.* 1. *pr. ff. de pact.* propriéque pro recta ratione, in Jure noſtro, non ſcripta accipitur, *l. in ſumma,* 2, §, *item* 5, *in fin. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. d. l.* 1, *C. de pact. l. placuit,* 8, *C. de judic. weſenb. in tr. ff. de J. & Ji n.* 18. Atque huic ſubſerviunt verborum & rerum ſignificationes, item regulæ Juris generales, quæ ut præcognita quædam, ceu in aliis diſciplinis fieri conſuevit, potius in principio, quàm

quàm fine Jprudentiæ eſſent tractandæ cum pertineant ad generalia & ea, quæ ſpeciali Jure deciſa non ſunt, hoc eſt, ad arbitraria negotia, & judici non quidem neceſſariam, ut ſpeciale jus illud, ſed probabilem gignant autoritatem, à qua cauſa cognita ipſi licet recedere, quia multa probabilia ſunt inter ſe contraria & regulæ regulis ſæpius eliduntur, *Ariſt. 2, Rhetor. c. de ſolutionib.* Principium dirigens quoad Jus hoc & æquitatem, illi ſubſervientem, eſt: Æquitas ſtricto Juri in legibus generalibus præferenda, *l. in omnibus*, 90. *ff. de R. I. l. placuit*, 8. *C. de judic.* in ſpecialibus rigor æquitati, *l. proſpexit* 12, §, 1, *ff, qui & à quibus manumiſſ. Nobiliſſ. Dn. Præcept. & Hoſp. Doct.* Schmeltzreim/ *P. M. in prælect. ad* *. *weſenb. ff. de J. & J. n.* 18. Jus verò dirigendum eſt æquum, adeoq; medium actionum humanarum inter maius & minus, ita ut ipſum Jus ſeu juſtum aſſequamur, ſi medium juſtum inter maius & minus conſequamur, *per ea, quæ habet Ariſt.* 5, *Ethic. c.* 4. Principium dirigens hic eſt: Jus, uti virtus, juſtitia, in medio conſiſtit.

CA-

CAPUT V.

De materia circa quam, *ſeu obiecto.*

I.

QUia v. cauſa effic. finem extra objectum conſequi nequit, Jptudentiæ materia, circa quem, ſeu obiectum eſt querendum, qnod vel primarium, vel ſecundarium: atq; ſecundarium quidem ſunt res div. & humanæ, §. 1, l. *de l.* & l. *l. juſt.* 10, *ff. eod.* circa quas humanæ verſantur actiones; verùm ita verſari debent, ut res div. ſemper primò in omni negotio, in conſiderationem veniant & ubiq; prærogativam habeant, *juxta dict. S. Script. Quærite primum regnum Dei &c. t. Matth. 6.* 6. Cæteroquin rei vocabulum generale eſt & quid non ſignificat? *l.* 1. *in fin. & ibi Goth. lit. b. ff. reb. credit.* Reſtringitur a. illud hic ad res, quæ ſunt divinæ & humanæ, quarum quælibet

æquè

æquè, ut ipſarum jus, vel eſt privata, vel publica. Res div. privata eſt, quæ ad ſingulorum divinam ſeu ſpiritualem pertinet utilitatem: Res divina publ. quæ ad ſtatum uuiverſorum ſpiritualem, ſeu ad ſtatum civitatis divinæ, h. e. Eccleſiæ ſpectat. Res humana privata, quæ ad humanam ſingulorum utilitatem: Res humana publ. quæ ad hnmanam ſeu ſecularem univerſorum ſtatum ſeu ad ſtatum civitatis humanæ pertinet. Principium dirigens eſt: Studium rerum div. cum ſtudio rerum humanarum conjungendum, ſed ita ut divinæ humanis ubiq; præferantur.

II. Objectum primarium eſt vel materiale, formale: Materiale in quod Jprudentiæ finis introducendus, quodq́; per finem illum perficiendum, eſt quoad juſtitiam, hominis animus, quoad *jus*, ſunt contingentia hominis facta, ſeu negotia, *per text. citat. ſupr. c.* 4. Animus quidem conſtat intellectu & voluntate, ſeu apperitu rationali, verum juſtitia in hunc introducenda Objectum primarium

rium formale, quod in operatricibus diſciplinis â fine reſtringitur, *Zabarell.* 1. *de nat. Logic. c.* 15. eſt hominis quidem animus, ſed quatenus iuſtitia perficiendus venit, *per text. citat. ſupr. c.* 4. non (quod præſide Nobiliſſ. ac Conſultiſſ. viro, Dn. Joachimo Weccio, Jcto eximio & Duc. Brunſvic & Lunæbnrg. â conſil. ſecret. Precept. & Hoſp. quondam meo ſummè devenerando, publicè quondam Helmeſtadî ventilatum memini) non, inquam, ut virtutem ſeu Juſtitiam divinam vel humanam invitus quis acquirat, quia eſt illa res meræ ac liberæ voluntatis & virtus hominibus inſtituendo & perſuadendo, non minus, vi ac metu tradi debet, *dicente Cicer.* 1, *de Orat. vid. Baldum* 2, *de caſib. conſcient.* 1, *caſ.* 5, *v. prohibere, & 6, caſ.* 4, *Reinking* 3, *de Reg. S. & E.* 1, *c.* 6, *n.* 9, & 2, *c.* 3, *n.* 41, & 3. *c.* 2. *n.* 53. & piæ religionis eſt proprium, non cogere, ſed perſuadere, *aſſerente Athanaſ. in Epiſt. citat. â Beuſt. Dom.* 2. *poſt Trinit.* ſed ut legibus Legislatoris, qui plerunq; abeſt, & magiſtratus voce ſeu imperio ad illam

ac-

acquirendam impellatur, *vide Ariſt. & ibi Acciaiol.* 10, *Ethic. c. ſ. v.* 86. & ſecundùm acquiſitam operetur, adeoque ad ſummam, tam divinam ſeu ſpiritualem, quàm humanam ſeu ſecularem felicitatem, quippe in actione conſiſtentem, quantum per humanam imbecillitatem fieri poteſt, in hac vita pertingat. Siquidem magiſtratus ad utramque illam acquirendam, extra verbi miniſterium, (quod ſolis Theologis ad ſolam obtinendam ſpirit. felicit. competit, *vid. Reinking 3. de Reg. S. & E.* 1, *c.* 1, *n.*32, & *c.* 1, *C. n.*3. & 4. & conſiſtit in poteſtate Eccleſiaſtica, non externa, quæ circa perſonas & res divinas ſeu Eccleſiaſticas per magiſtratum ſecularem civiliter exercetur, ſed interna, quæ à ſolis perſonis Eccleſiaſt. docendo, ſolvendo, ligando, ſacramenta adminiſtrando in Chriſti Eccleſia, *Bened. Carpzov. c.* 2. *de L. Reg. German. ſect.* 2. *n.* 12. & 13.) etiam ſuo imperio cives & rempubl. politicé ordinare & diſponere coguntur, ut quod præceptores & ſacerdotes inſtituendo efficere non valent

lent, poteſtas principis Eccleſiaſt. & ſecularis, per externæ diſciplinæ terrorem adimpleat & extorqueat, *Iſid. in c. principes, 20. & ibi not. Cauſ. 23. quæſt. 5. vid. Magnif. Dn. Iacob. Lampad. P. M. Jctum Germ. noſtræ inſignem, p. 1. de Republ. Romano Germ. n. 20. 21. & ſeqq.* Contingentia v. hominis facta, ſeu negotia, vel potius actiones etiam hic veniunt conſiderandæ, & intelligendæ ſunt ea, quæ circa res divinas & humanas quidem celebrantur, *§ 1. ib. divinar. atq; humanarum, l. & 1. l. juſt. 10. §. 2. ff. eod. junct. l. 2. ib. faciendorum & non faciend. l. f. ff. de ll. l. 3. l. 2. ff. de ſtatu hom. l non dub. 5. ib. facta l. leges 7. C. de ll. l. f. vers. ideò, C. de præſcript. longi temp. pr. ib. ut bonis actionibus conſpicui, Novell. 163. c. f. de conſtitutionib. ex thoma ad Ariſt. 5. Ethic. 10. Dn. Suthalt. ad inſt. aph. 15. & 23.* & ab animæ rationalis partibus intellectu & voluntate affectuum motu & impulſu prodeuntes & â virtute ubi exorbitant, corrigendæ ac honeſtati conformandæ verum non neceſſariæ, quæ ſolius naturæ ductu â facultate ve-

ge-

getativa perficiuntur v. c. ſenſuum actiones, ſed contingentes, nam & Jprudentia, ut cæteræ diſciplinæ, à Metaphyſica- ſcientiarum omnium matre ac domina, *Arniſ.p.* 1, *Epit. Metaph. c.* 1, *n.* 2, objectum ſuum, nim. entia quædam contingentia, quæ fieri, vel non fieri poſſunt, mutuatur, non omnes, ſed quæ virtutis & vitii ſunt capaces & ex affectibus inſtinctu appetitus conſurgunt, ad jucundum aſſequendum & moleſtum declinandum, ſponte noſtra ſuſceptæ & quidem non internæ, ut ſunt velle, eligere, conſultare, ſed quæ ex internis hiſce, tanquam principiis oriuntur. Et hæ humanæ actiones externæ ſunt operationes animæ rationalis, quibus quod intelligimus & ſimul volumus, exequimur. Nam principium agendi per animæ rationalis facultates, Intellectum ac voluntatem & ex conſequenti per Electionem, eſt homo. Iſta verò ſunt principia operationum noſtrarum & homo eſt principium iſtorum principiorum, quia per iſta operatur, *inquit Acciaiol. ad Ariſt.* 6,

Ethic. c. 2. ib. & tale principium eſt homo. Cùm autem virtus circa affectus, actioneſque verſetur & in ſpontaneis laudes ac vituperationes conſiſtant, in invitis verò venia, interdum etiam miſericordia, neceſſarium eſt virtutem atq; adeò etiam Jprudentiam conſiderantibus, ſpontaneas ac invitas actiones definire; quod & ll. conditoribus ad honores ac pœnas conſtituendas utile eſt, *ſecund. Ariſt. 3, Ethic. c. 1, citat. ab Excellentiſſ. Dn. Mag. Bucholtz, 5, Exercit. Ethic. θ. 1, §, 6.* verum enim verò humanæ iſtæ actiones non ſunt ſimpliciter Jprudentiæ obiectum, verùm quatenus à Jprudentiæ fine reſtringuntur & vel juſtæ vel iniuſtæ, hoc eſt, æquales, vel inæquales ſunt, ſeu quatenus Jus in ſe recipere & ex iis Jus ſuum unicuiq; obtingere debet, hoc eſt, quatenus Judex vel JCtus eas ad æqualitatem redigere & ex iis deinde medium inter maius & minus, hoc eſt, Jus ſuum, quod cuiusque in individuo conſiderati eſt, unicuique ſecùndùm Legislatoris leges tribuere debet, *§. 1, ib. juſt. & c*

junct.

junct. §, 3, 1. de 1 & 1. l. juſt. 10, §, 2, ff. eod. junct l 2, ff. de ll. l. f. §, 1, & 2, ib ſuæ æquitati ff. quod met. cauſ. l minor, 40. §, 1, ib. ad ſuam æquitatem, ff. de minoribus l non dub. 5, C. de ll. & Ariſt. . Ethic. c. 4. junct. Thom. citat. à Dn. Suthold. 1, ad Inſtit. aph. 15, 32, & 33. Quare omninò eſt neceſsè, ut ad ſpecialiſſimas factorum differentias ac formas deſcendat & Legislator præſcribendo, vel recipiendo & Judex atque JCtus ſequendo jus ſpecialiſſimū, ejusq; principia, *l. 1, ib faciend. l. jura 3. & ſeqq. ff de ll. l. non dub. 5. l leges, 7, ib. formam, C. eod c. f. de conſtitutionibus, vide Berlich. 1, Concluſ pract. 9. n. 4. walther. c. 5, de privileg. Dd. omn. facult §, 96. pag. m. 269.* nam quamvis utraque ratio activa & univerſalis, quæ res agendas ſpeculatur & ſingularis, quæ ſingularem propoſitionem, in actione conſiſtentem, affert, moveat, magis tamen ſingularis movet. Quouſq; non ſtatur in univerſali, nunquam fiet actio, ſed ſi ad ſingularem veniatur, ad operationem acceditur, ſi quidem ſingularium non eſt ſcientia, niſi ſub uni-

verſalium cognitione, verùm bene eſt operatio, *uti dicit Acciaiol. ad Ariſt. 6. Ethic. c. 2, ib. & huius eſt appetitus*, nim. ſecundum particularia & propria principia, quæ cætero quin ad particularem ſcientiam tantum requiruntur, *ex Ariſt. Dn. Arniſ. 1. Epit. Metph. c. 1, n. 36.* Ut ex his ſatis ſuperque de Jprudentiæ noſtræ neceſſitate conſtet, quippe quæ ſontes *juris* omnis communiſſimos & principia generaliſſima, nim. lumen Naturæ, Ethicam & Politicam & lumen S. Scripturæ, poſtquam poſt patriarcharum mortem lumen Naturæ apud multos paulátim obſcurari cæpit, revelatæ, quoad vitam communem ſpecialiſſimè explicat, facta ad rem privatam & rempubl. eorum applicatione, cuivis in vita humana quidpiam acturo non minus neceſſaria, quam utili, *vid. Reinking. 2. de Reg. S. & E. 2. c. 4. n. 4. 8. 9. 10. Cicer. 3. de offic. ib. ſed nos veri juris &c. & ib. jus civile ductum à natura, Philipp. Melanth. in dedicat. tract. de collat. action. forenſ. Attic. & Roman. v. etſi neceſſe eſt. junct. Nobiliſſ. Dnn.*

Prr.

Frr. Doct. Calixt. p. 1. *Theolog. Moral. c. de legib. ib. ergò Deus non contentus, & Doct. Hornei, 4, Ethic. c. 3. n. 30. walther. c. 14, de privileg. Dd. omn. facult. §. 85, pag. m.* 241, adeoque Jus naturale & divinum, quocum illud coincidit, *Balduin. 4, de caſib. conſcient. c.* 12, *caſ.* 15, interpretans per principia Juris poſitivi, ſeu civilis ſpecialiſſima, *arg. l. jus civ. 6, pr. ff. de I. & I. Dn. Doct. Calixti parte 1, Theolog. Moral. c. de legib. v. ergo Deus &c.* Atque pro huius duplicis obiecti conditione, quatenus in & ex factis jus quæritur, duo quoque ſunt prima & univerſaliſſima principia dirigentia, ceu propoſitiones maiores, ex quibus coniunctis Jus ſpecialiſſimum, pro differentiis factorum ſpecialiſſimis deducitur: Unum ratione obiecti materialis: Ex factis (nim. circa res div. & hum. celebratis) Jus, quod cuiusque eſt, oritur, *l. ſi ex plagis, 52, §. 2, ff. ad L. Aquil. weſemb. in ur. ff. de A. vel O. Poſſeſſ. n. 2. Gædd. 1. Conſ. Marp. 27. n. 1. vide Bocer. claſſ.* 28, θ. 12, ac proinde etiam contrariis factis tollitur, ſeu amittitur, cum idem

ſit reſolutionis, qui compoſitionis modus *l. prout 80, ff. de ſolut. junct. l. nihil 35, ff. de R. jur.* Alterum ratione obiecti formalis: Facta bona (ſive moraliter ſive civiliter bona ſint) ſeu facta juſta ſunt facienda, mala ſeu injuſta non, *per l. 1, §, ib. bonos, l. juſt. 10, §, 2, ib. juſti atque injuſti, ff. de I. & I. junct. l. 2, ib. bonis & malis, juſtorum & injuſt. faciendorum & non faciend. ff. de ll. vid. Dn. Doct. Calixt. p. 1. Theolog. Moral. c. de legib. v. porrò lex, &c.* ſecundùm quod extremum quoque olim judicium determinabitur, *arg. Ezech. c. 18, v. 30, & ſeqq. 2, ad Corinth. c. 5, v. 10, & c. 1, de SS. Trin.* Illud pertinet ad facta celebrata, inter alias res, circa bona Naturæ & Fortunæ, ſine quibus commodè virtus exerceri nequit, *Excellentiſſ. Dn. Mag. Bucholtz, 2. exercit. Ethic. 28, §, 1, & ſeqq. Ariſt. & ibi Heidmann 7, Polit. c. 1, vid. Loccen. 1, de ordinand. republ. c. 15.* atq; in ſe conſideratum per univerſam Jprudentiam, utpote materiale, eſt uniforme, nec mutabile, neq; ullàm exceptionem patitur, cum Jus, quod cuiuſque eſt, ſemper præexiſtens

aliquod factum præſupponat; prout etiam ſecundùm illud principium, ponendo prius factum & ex illo jus, quod cuiusq; eſt, inferendo, Petrus Jacobus Aurelianenſ. in aurea ſua libell. practica progreditur. Hoc ſpectat ad virtutem, nim. juſtitiam & eius effectum, jus, quippe quæ duo facta illa determinant & ad quorum normam, cum teſte Cicer. virtutis laus in actione conſiſtat, (uſus n. & actio ſunt finis, habitus a. propter uſum eſt, *Ariſt. Mag. Moral. c. 3,*) actiones ſeu facta humana, circa res divinas & humanas, ſunt inſtituenda. Comprehendit a. hoc principium jus naturale unà cum neceſſariò inde ſequentibus concluſionibus, cæteroquin per legem Moyſis & Evangelium Chriſti illuſtratum, *ut not. pr. diſtinct.* 1, *& c. ſana,* 11, *diſt.* 9, *Matth. c. 7. v.* 12. *Gare. ad l. legit.* 6. *ff. de pact. n.* 32, nec in ſe eſt mutabile, *§. ſed nat.* 11, *I. de I. N. G. & C. vide Dn. Doct. Calixt. p.* 1, *Theolog. Moral. c. de legib. Marant. p.* 3, *Specul. aur. advoc. n.* 40. *& ſeqq.* ſed propter accedentis extrinſecæ circum-

ſtantiæ adventnm ac proinde per accidens, quæ circumſtantia obiectum ê claſſe eorum, quæ lex naturalis comprehendebat, extrahit *Sutbolt. 1, ad Inſt. aph. 71, ubi remittit ad Thom. Jaze quæſt. 94. art. 5,* ut ſi quis gladium ſana mente depoſuerit, repetat inſaniens, *vide Cicer. 3, de Offic ib. perſpicuum eſt, &c. Dn. Doct Hornei, 4, Ethic. c 3, n. 31, Marant. d. p. 3, Specul aur adv. n. 40. & ſeqq.* Hæc autem duo principia quiſq; mediocriter doctus ſubſumendo primâ fronte ad facta quàm facillimè applicare poteſt, ſed ut plurimum minus rectè, ſi ad ſpecialiſſimas factorum differentias & æquè ſpecialiſſima Jprudentiæ noſtræ principia, quippe in alia diſciplina nullâ tractatâ, non deſcendat, *vide Berlich. 1. Concluſ. pract. 9, n. 41. Walther. c. 15, de privileg. Dd. omn. facultat. §. 96. pag. 269.*

CAPUT VI.

De materia ex qua.

I.

MAteria ex qua cum forma Jprudentia

tia quaſi componitur, eſt prudentia politica; quamvis quoq; Jprudentia dicatur ſcientia, §, 1, *l. de I.& I. l. Juſt.* 10. §. 2, *ff. eod.* ſeu diverſo conſiderandi modo, uti Politica, quippe, quæ uno modo ut docetur & certis veluti præceptis incluſa eſt, conſiderari poteſt, quo theoretici quid in ſe habet, nec ad ſcientiam inſulsè referri poterit. Altero modo non ut methodus, ſed ut habitus, per quem cognitio illa acquiritur, partim doctrinâ, partim uſu (quæ duo crura tribuit Politicæ, *Ariſt.* 10, *Ethic. c. ſ.*) in hominem introductus, & hoc modo ad prudentiam omninò referenda, *Piccart. in proleg. Comment. ad Ariſt. Polit.* nam civ. ſcientia & prudentia ſunt quidem ille idem habibitus, ſed natura & eſſentia tamen non eſt prorſus earum eadem, *ceu dicit Ariſt.* 6. *Ethic. c.* 8. Atque illa modò nominata politica præcepta politices ſtudioſo majorem ſyllogiſmi propoſitionem ſuppeditabunt; verum adiuncta illis præceptis hiſtoriarum lectio & ſtudia apodemica ſive peregrinationes minorem, ut

ita diſcat, quomodo illa axiomata politica cum fructu in hac vel illa republ. uſurpata, aut alia deterrima comparatione illis ſubſtituta. Ex quo duplici ſtudio, tanquam præmiſſis, neceſſariè tandem ſequetur prudentia civilis, tanquam concluſio & fructus horum ſtudiorum, videbitq; vel reipubl. ſuæ virtutes, & conſervare annitetur, vel vitia, & mutare velit atque poterit, *Piccart. in prol. Comment. ad Ariſt. Polit.* Quia v. materia apud Philoſophos non eſt pars quidditatis, vel ſi eſt pars ſimpliciter, ſed ex hypotheſi neceſſaria, *Piccart. in dict. proleg.* ad Jprudentiæ eſſentiam prudentia politica generalis illa per ſe non requiritur, ſed ſecundùm quid, quatenus & illâ & illius ſcientiâ imbutus JCtus omnibus numeris abſolutus eſſe debet. Undè principium hoc dirigens: Jprudentiæ propter τὸ melius eſſe prudentiâ politica generalis eſt adiungenda.

CA-

CAPUT VII.
De forma, effectu formali & contrariis.

I.

FOrma quæ communi materiæ conjuncta Jprudentiam intrinſecus conſtituit & à prudentia ſenatoria quoad eſſentiam quaſi ſeperat, cumq́ q ią finis internus, ad externum finem obtinendum inventus, coincidit, forma, inquam eſt juſtitiæ & juris circa animum humanum & hominum facta, conſtitutio & eorum conſtitutorum uſus ſeu adminiſtratio, *ut ſupr.* Nam primò reipubl. gubernatori ad Dei in prima hominis creatione ſervatum proceſſum, hoc unicè intendendum, quemadmodum regula conſtituatur juſtorum & injuſtorum ſecundùm quam quid faciendum, quid non faciendum, dijudicari queat *arg. Proverb. c. 8, v. 14, & 15, ib. principes decernunt*

per leges diſpoſitivé & per judicium activé facta (prout fieri poteſt) deductio; ita ut quis juſtitiæ & juri præſcripto conformem ſe gerere queat & actu gerat & ſecundum illa jus ſuum, quod cuiusq; eſt, unicuiq; tribuere poſſit & actu tribuat & unusquisque *jus* ſuum conſequi poſſit & actu conſequatur. Undé hoc principium dirigens: Semper in republ. homines *juſti* & facta *juſta* ſunt efficienda, regulariter per ll. & *judicium*.

III. Quia v. Jprudentia interd. effectum illum ſuum non ſortitur, contraria ſint neceſſe eſt, quæ illius effectum procurandum impediunt, vel procuratum omninò ſubvertunt. Deprehenditur a. quoad Jprudentiæ ſcientiam, illius ignorantia, quoad prudentiam imprudentia, *pr. ib. maximè ll. ineruditorum, deinde neq; cauſarum habentium experimentum*, Novell 82. quoad juſtitiam, injuſtitia, *pr. ib. injuſtitiam*, Novell. 69. quoad *jus*, injuria *pr. I. de injur l.* 1, *pr. ff. eod.* Unde hoc principium dirigens: Legum ignorantia, im-

prudentia, injuſtitia & injuria, né virtutes impediant, quantum fieri poteſt, è republ. omninò ſunt removendæ.

CAPUT VIII.

De accidentibus.

I.

ACcidentia Jprudentiæ ſunt tria. Affectiones ſeu Unum eſt accidens internum; Finitum, ut illa ad finem perduci & certis methodi, vel artis quaſi terminis includi queat & actu quoque includatur, quibus illius cauſa efficiens quoad illam ipſam acquieſcat, ut Imp. Juſtiniani tempore quodammodò factum, nam jus certum eſt, quippe voluminibus ſuis concluſum, *Droſæ in præfat. method. Jur. Juſtin. pag. m*, 11, *Lindem. in hiſtor. Jur. Rom. θ.* 20. Undè hoc principium dirigens: Jprudentia eſt finita & in artem redigi poteſt.

II. Duo ſunt accidentia externa, quibus

bus illa extrinſecus continetur & quaſi circumſcribitur, nim. locus & tempus. Locus Jprudentiam neceſſariò, quippe in rerum natura exiſtentem, quaſi ambit & continet, ubi nimirum excolitur & perficitur, ſed ita ut ab illô ſeparari & alibi tractari poſsit. Eſt autem hic locus in Germania noſtra, ad quam unà cum imperio Rom. Jprudentia & omnis ipſius apparatus, divinâ favente clementiâ, tandem devenit. Unde hoc principium dirigens: Jprudentia non eſt alligata certo loco, ſed modò ad hoc, modò ad illos populos tranſire poteſt, uti ex hiſtoriis certè conſtat.

III. Tempus Jurisprudentiæ eſt, quo illa per prius & poſterius, per initium & finem quaſi menſuratur & continetur, quando nim. illa quippe quoad certos populos, ortui & interitui edeòq; quaſi generationi obnoxia, vel floruit & floret, vel interiit & interit. Undè hoc principium dirigens: Jprudentia quoad certos populos extingui poteſt. Id quod vel quoad jus naturale accidiſſe, etiamnum hiſtoriæ teſtantur.

CA-

CAPUT IX.

De mediis.

I.

MEdia quibus Jprudentiæ finis obtinetur & in objectum, quantum in hac imbecillitate fieri poteſt, deducitur ſunt duo, regulare & irregulare. Regulare eſt duplex, leges & in ll. præſcriptú medium neceſſarium & diſciplinare, *judicium. ut ſupr. c. 2. n. 3,* Eſt quidem medium aliquod voluntarium, ut in Theologia, ſeu (ita vocari eam liceat) Jprudentia divina *juſtificatoria*, fides *juſtificans*, ita in Jprudentia noſtra voluntarium *juſtitiæ* & *juris* exercitium, ſed quia Icti & Juris periti divinas res non niſi reſpectu externæ diſciplinæ, quoad ſcandulum evitandum ut plurimum tractant & multi magis neceſſitati & pœnis, quam rationi parent, *Ariſt. & ibi Acciajol.* 10. *Ethic. c. f.* ideo in voluntario me-

medio pené nulla & operoſior in legibus & judicio conſumitur Ictorum opera. Nam quod ll. attinet, per ll. reſpubl. (Jprudentiæ ſubjectum) & conſtituitur & conſtituta conſervatur, ex quibus, quoad illam ipſam Jprudentiam, diſcendum, quomodo ſit vivendum & quænam actiones peragendæ, *Exod. c.* 18. *v.* 21. *junct. Proverb. c.* 29. *v.* 4. §. 1. *ib. viam, proœm. Inſt. jur. Ariſt.* 3, *Polit. c.* 12. *Dn. Pr. Doct. Calixt. Part. propr. Epit. Theolog. p.* 1. *pag. m.* 278. Cum per eas voluntatem ſuam majeſtas ſubditis aperiat, eosdemq; in officio retineat, per magiſtratus illas exequendo, *Pſ.* 1. *v.* 2, *ib. in lege Domini voluntas ejus junct. l.* 2. *ff. de ll. Arniſ.* 1. *Polit. c.* 17. *pr. & Don. Garſ. Maſtrill.* 1. *de magiſtrat. c.* 1. *n.* 16. quippe qui legibus ſunt adiungendi, ut ll. non tantùm cuſtodes, ſed ſint etiam interpp. earumque defectum prudenter in loco ſuppleant, *Ariſt.* 3. *Polit. c.* 11. & 12. vanum n. eſſet ll. habere, ſi magiſtratus non adeſſent, qui illas ſecundùm caſuum contingentiam adaptare poſſent, *inq. Don. Garſ. Maſtrill.* 1, *de ma-*

magiſtrat. c. 1, *n.* 13, *vide eund. ibid. n.* 16, *& ibid.* 1, *c.*30, *n.* 36, *Reinking.*1, *de Reg. S. & E.* 2, *c.* 2.

II. Eſt e. lex omnium divinarum atque humanarum rerum regina, bonorum & malorum præſes, juſtorum atque injuſtorum regula, præceptrix quidem faciendorum, prohibitrix v. non faciendorum, ad cuius præſcriptum omnes, qui in republ ſunt, vitam inſtituere debent, *ſecund. Demoſth. & Chyſipp. citat. in l.* 12, *ff. de ll. & c.* 2, *Novell.* 24. ſeu eſt decretum vel divinæ vel humanæ maieſtatis in republ. vel naturæ ab illa impreſſum aut aliàs promulgatum, vel ab hac demum conſtitutum, juxta quod vivatur, ita ut vel ſimpliciter expedit & pium ac honeſtum eſt, vel ut huic ſaltim, aut illi reipubl. expedit, *ſecund. Dn. Pr. Doct. Hornei*, 4, *Ethic. c.* 3, *n.* 15. Atque lex divinæ maieſtatis licet naturæ impreſſæ, omninò deſideravit olim, quatenus poſt Patriarcharum mortem obſcurari & quaſi oblivioni tradi cæpit, promulgationem & publicationem, Deo faciendam, ut ho-

hodie illam lex humanæ maieſt. ab eo, qui ſuperiorem non niſi Deum recognoſcit, lata ad effectum perducat, *uti egregiè deducit Philipp. Melanch. in epiſt. dedicat. tract. ſui de collat. act. forenſ. Attic. & Rom. Anno* 1546. *Witebergæ impreſſi & ego ob exemplarium raritatem, in Interpret. meâ, Ethico-Politico-Juridico, in mod. diſcurſ. orat. inſtituta ad generaliſſ. L. Salus populi ſuprema lex eſto, transſcripſi.* Imò lex utraq; cùm alias lex ſui naturâ brevis, adeòq; obſcura ut plurimum eſſe ſoleat, ultra publicationem, ad legis, conſuetudinis reſpectu, eſſentiam & ſcientiam, omninò neceſſariam, *c.* 1, *Novell.* 66. *Treutl.* 1. *Diſp.* 1, *Θ.* 5, *lit. b.* interpretationem ei, cui hanc vel divina vel humana maieſtas permiſit, faciendam, *arg. l. placuit,* 8, *C. de judic. junct. l. f. C. de ll.* & obſervantiam & uſum requirit, *Treutl.* 1. *Diſp.* 1. *Θ.* 5. *cit. b.* ita ut L. divina interpretatio Theologis mutâ voce in ſcriptis, vivâ in Academiis & pro concione facienda, at eius obſervantia judici ſpirituali ſeu Eccleſiaſtico:

hu-

humanæ v. legis explicatio JCtis æquè mutâ voce in ſcriptis & vivâ in Academiis facienda, at huius obſervantia judici ſeculari recommendata eſſe debeat. Differt autem lex à jure, quod etſi omnes æqualiter ſemine juris à Deo ſint conſiti, diſparem tamen fructum ferant mortalium animi: at nè naturalis illa potentia in infertili animorum duritie ſuffocaretur, aut penitùs interiret, evocârint meliore fato nati hoc jus ex intimo mentis receſſu, ſcriptisq; publicis in contemplationis lucem produxerint ac legis nomine indigitarint, *ſecund. Ariſt. 10, Ethic. c. 9, & Dn. Pr. Mag.* Scheurll/ *6, Diſſert. Polit.* §, 16, & 17.

III. Atque ex his patet, quod ut jus in lege contentum, ita & lex ſit vel divina, vel humana, utraque vel privata vel publica. Lex divina privata & public. pertinet ad ſpiritualem ſingulorum ſeu rei privatæ ſpiritualis & ſpiritualem univerſorum ſeu civitatis ac reipubl. ſpiritualis, h. e. Eccleſiæ utilitatem atq; beatitudinem. Eſt a. lex divina duplex,

vel naturæ, vel revelationis, atq; hæc vel ſimpliciter vel ſecundum quid neceſſaria. Lex div. naturæ conſiſtit in primis univerſaliſſimis principiis practicis & concluſionibus exiliis certo & neceſſario deductis & illa quidem lex tam affirmativa, quam negativa, *vid Dn. Pr. Doct. Hornei. 4. Ethic. c. 3. n. 21.* Et hæc divina naturæ lex eſt jus per totum naturale & gent. primævum, quod apud omnes populos peræquè cuſtoditur, *ceu loquitur Imp. in* §. 1. *I. de I. N. G. &c.* Principiorum v. illorum eſt primum & univerſaliſſimum: Bona ſunt facienda, mala non, *de quo ſupr. & ap. Nobilſſ. Dn. Pr. Doct. Calixt p.* 1. *Theolog. Moral. c. de Legib.* Lex divina privata revelationis ſimpliciter neceſſaria eſt lex divina moralis, quæ ut eadem propè eſt cum lege divina naturæ, ita & eidem illi generaliſſimo principio incumbit, *per tex. Ezech. c.* 18. *vers.* 30. 31. 32. *&* 2. *ad Corinth. c.* 5. *v.* 10. *junct ad Rom. c.* 2. *v.* 14. *&* 15. *arg. c.* 1. *de Trinit.* & internis affectibus, quoad Dei imaginē redingrandam, medetur, nam poſt hominis lapſum & poſtquam poſt

Patriarcharum, divinâ familiaritate illuſtrium humani generis gubernatorum mortem, lumen Naturæ apud multos paulatim obſcurari & quaſi oblivioni tradi cæpit, dum à primo iſto generaliſſimo principio ad minus univerſalia in praxi atque actionibus humanis omnino deſcendendum erat, ſive prava educatione ſive inveterata mala conſuetudine Deus non contentus legum Naturæ hominũ cordi incripſiſſe, quo humanæ mẽtis ſive tarditati, ſive pravitati mederetur & contumacibus omnem excuſationis anſam præcideret, illam ipſam Naturæ legem edito Decalogo decem duarum tabb. legum in prima ſtatim creatione, hominum cordibus, in naturale honeſtorum ac turpium diſcrimen, inſcriptarum, *ad Rom. c. 2. verſ. 14. & 15. Balduin. 1. de caſib. conſcient. caſ. 3. pag. m. 7. & 8.* denuo promulgavit, repetiit, ſeu illuſtravit, *Exod. c. 9. & Deut. c. 5.* ita ut ipſæ juris naturalis concluſiones, certis & neceſſariis conſequentiis innixæ, legem moralem conſtituant, ſed legem naturalem & principia & ex principiis deductæ

illæ concluſiones, *egregiè Nob iliſſ. Dn. Pr. Doct Calixt. in præfat. & p comm. Compend. Theolog p. 3. de L. & Evang. & p. 1. Theolog. Moral. c de. legib. vers. porrò lex nat. vers. ergò Deus. v dictum a. vers. poſito a. pag. m. 48. 49. 60. 61 & 65. junct. Dn. Philipp Melanth. in dict. epiſt. dedicat. tract. de collat. action forenſ Attic. & Pom. in. pr. Mari Philelf epiſt. 36. Balduin. 1. de caſib. conſcient. caſ. 7. vers. etſi n Dn. Chemnit. c. 4. Loc. Theolog. de L. Dei, quæſt. 2.* Et huc eſt recurendum non ſolum in arbitariis quæſtionibus, quæ certis ll. vel in interminis non ſunt deciſæ, nec per argumentum aliquod ex locis topicis decidi queunt, *ſecund. l. non poſſ. 12. l. ſeq. 13. ff. de ll. l. f. pr. C. eod. Vigel. in. epiſt. dedicat. Method. Obſervat. Cam. Imp. vers. tamen. conſtat. Menoch. 1. de arb. jud. quæſt. 13. & 14. junct. Everh. in præamb. Tops. n. 14. 15. & 16.* ita ut ubi lex deficit, ratio naturalis allegari & ab illa argui queat, *l. ſcire, 13, & ib. Goth. lit. z. ff. de excuſat. tutor. c. ſecundò, 41, ib. ipſa ratio dictitat, de appellat. Schneid. ad §. item exercit. 1. de oblig. q. ex quaſi delict. naſc. n. 5. Reinking. 2.*

de

de Reg. S. & E. 2, *c.* 4. *n.* 1. ſed etiam in ipſa juris civil, interpretatione, *l. ratio* 7, *ff. de bon. damnat. Berlich.* 3. *Concluſ. pract.* 20 *n.* 15. ut illud ex iisdem ex quibus enatum eſt, principiis univerſalibus h. eſt. legibus Naturæ iterum explicetur, quàm fieri poteſt, minimum ab iis recedendo, §. 1, *I. de except. l. bonâ fide* 31, *ff. depoſit. Sutholt.* 1. *ad Inſtit. aph.* 64. quia ratio naturalis rerum omnium rectiſſima arbitra; *Cothman.* 1. *Conſil* 22. *n.* 5. *citat. à Reinking.* 1. *de Reg. S. & E.* 1. *c.* 2. *n.* 9. nec maior, nec certior in hoc mundo eſt ratio, quàm naturalis, *ex Bald. Berlich.* 3, *Concluſ. Pract.* 20. *n.* 15. ſi cum inferioribus & ſpecialioribus Iprudentiæ noſtræ principiis conjuncta ſit, *arg. l. ſcire,* 13. §. *ſi n.* 7. *in fin. ff. de excuſat. tutor. l. cùm ratio naturalis quaſi Lex quædam tacita,* 7, *pr. ff. de bonis damnat.* quippe quæ Jprud. legem naturalem & divinam quoad vitam civilem & præſentem ſupplet, cum hæ II. non viderentur ad emergentes cauſarum deciſiones ſufficere, ſiquidem Deus hominem rectum & juſtum fecerat, at

ipſe

ipſe ſe infinitis miſcuerat quæſtionibus, adeo ut jam propter hominum malitiam plura ſint negotia, quàm vocabula *l. naturæ, 4. ff. de præſcript. verb. Speculat. in procem. Comment. Iur. n.* 12. *& lib.* 4. *de libell. concept. n.* 1. Lex divina revelationis ſecundum quid neceſſaria vel ad rempubl. divinam h. e. Eccleſiam, vel ad rem privatam & rempubl. humanam ſpectat. Illa dicitur ſpiritualis, Eccleſiaſtica, ſeu ceremonialis & externos ſacrornm ritus in Chriſti tum temporis exhibendi Eccleſia obſervandos præſcripſit, nec hodiè obtinet. Hæc dicitur poſitiva, civilis ſeu forenſis & externis actionibus, ſeu externis & ſecularibus negotiis ut plurimum modum ponit, nec cum ad ſtatum rei privatæ & reipubl. Judaicæ ſpectaverit, nos æquè jam non, ut moralis illa, obligat, niſi alia lege civili, ſtatuto, vel conſuetudine iterum introducta & recepta ſit, *vid Nobiliſſ. Dn. Pt. Doct. Calixt. p.* 1. *Theolog. Moral. c. de. legib. pag. m.* 65. *& ſeqq.* Lex humana privata & publ. ad ſecularem ſingulorum ſeu rei privatæ ſe-

cularis & ſecularem univerſorum ſeu ci-vitatis & reipubl. ſecularis utilitatem atque felicitatem obtinendam ſpectat. Continet v. lex quælibet duas partes eſſentiales, ceu ſubjectum & prædicatum: Factum determinandum & jus factum illud determinans, *arg. Exod. c. 18. v. 20. l. eum, 79. §. 1. ff. de judic. l. non dub. 5. l. leges, 7. C. de ll. junct. Cicer. in Catil. orat. 4. verſ. ſed ego inſtitui.* De facto primùm quęritur, poſt eo cognito de jure, quod factum decidit, *l. idem 16. ff. de ſtatu homin. l. duob. 30. ff. de teſtament. tutel. junct. l. ut reſponſ. 15. C. de transact.* in quorum uno vel altero ſi erretur, oritur ut plurimum ignorantia facti vel juris: Facti, cùm ignoratur cauſa juris, quod cuiuſque eſt &, ex facto oritur præcedente, h. e. factum ipſum: juris, ſi non factum illud, ſed jus circa factum illud à Legislatore conſtitutum, *ſecund. Donell. 1. Comm. 1. c. 18.* Principium v. dirigens quoad ll. eſt: Leges ad præſentem rempubl. ſunt accommodandæ & non reſpubl. ad leges, *c. non debet, §. X. de conſang. & affinit.* Reichs Ab-

ſchied

ſcheid zu Augſpurg *de anno* 1530. *tit.* von reiſigen Knechten *&c.* §. es ſoll auch *ib.* nach eins iden Landes gelegenheit/ *Dn. Doct. Hornei* 4. *Ethic. c.* 4. *n.* 18. *Ariſt.* 3. *Polit. c.* 7. *in fin. Reinking.* 2. *de Reg. S. & E.* 2. *c.* 5. *n.* 6. *&* 8. Quoad ignorantiam facti & juris in ll. contentorum eſt: Ignorantia facti propriis regulariter non præſumitur; nec excuſat. *l. quamquam,* 7. *ff. ad SC. Vellei.* alieni eſt tolerabilis & excuſat, *l. f. ff. pro ſuo, weſenb. in π. ff. de I. & F. Ignorant. n.* 3. Ignorantia v. juris natur. ſeu divini indiſtinctè obeſt, nec excuſat, *l. ſi adult.* 38. §. *fratres,* 4. *ff. ad L. Jul. de adult. venia* 2. *C. de in jus vocand.* juris poſitivi quoad civilia in lucro faciendo ſeu acquirendo nocet, nec excuſationem habet, *l. juris,* 7. *l. pen.* §. *f. ff. de I.* & *F. Ignorant. l. cùm quis,* 10. *C. eod. weſenb. in π. ff. eod. n.* 4. in damno v. vitando habet, *d. l. juris,* 7. *& l. ſeq.* 8. *ff. de* I. *&* F. *ignorant. Donell. Enucl.* I. *Comment. J. Civ. c.* 21. quoad criminalia excuſat non à pœnis latæ culpæ *l. liber.* 11. §. *f. ff. de his, qui not. infam. weſemb. in π.*

ff. de I. & F. Ignorant. n. 4. ſed doli, *l. ſed & ſi* 25. §. *ſcire*, 6. *ff. de petit. heredit. Donell. Enuc.* 1. *Comment. J. Civ. c.* 22.

IV. Alterum regulare Jprudentiæ medium eſt judicium, cum licet jus in ll. contentum per ſe ſit certum, nec probabilem aliquam dubitationem recipiat, *l. in omni*, 2. *ff.* 1. *de I. & F. Ignorant. l. ancilla*, 12. *& ibi Bl. n.* 2. *C. de furt. Vultei*, 3. *Conſil. Marp.* 20. *n.* 74. & licet reciperet, Judex illud prius ſummariè determinare, nec ante litigantes ad ulteriora admittere debet, *Menoch.* 1. *de Arbit. Jud. Quæſt.* 53. *n.* 4. *&* 5. *Vultei* 3. *Conſil. Marp.* 3. 21. *n.* 385. factum tamen controverſum inter partes, quod Legislatoris jure determinatur & huius beneficio ad jus, quod cuiuſq; eſt, efficiendum efficax redditur, in concreto, ratione inſcientiæ noſtræ, ſit incertum, *l. ſed et ſi*, 28. §. *f. ff. de judic. l. in omni*, 2. *ff. de I. & F. Ignorant*, cumque nullus regulariter in propria cauſa, privatâ autoritate Jus ſuum tueri vel vindicare debeat, 2. *Chron. c.* 19. *v.* 10. *&* 12, *l. Julianus* 17. *ff. de judic. & t. t. C. nè quis in ſua cauſ. jud.*

jud. exceptis aliquot caſibus, in quibus permiſſa eſt propria vindicta, *de quib. Bocer.* 6. *Claſſ.* 1. idcirco regulariter, ſi amica & privata quis compellatione (quàm conſultius eſt præmittere, *vid. Schneid. ad* §. 1. *J. de act. n.* 122. *& ſeqq.*) jus ſuum, quod ex facto oritur & ipſi eſt quæſitum, obtinere nequeat, publico ipſi utendum eſt medio, ut per id factum, quod proponitur, judici certum reddatur, (etenim judex, ne partibus injuriam faciat, ſcire accuratè debet tam jus, ſecundùm quod res ſeu factum decidi debet, tum factum de quo controvertitur, *Dn. Doct. Hornei.* 4. *Ethic. c.* 4. *n.* 9.) & jus ſuum, quod intendit, quisque in præſtratum objectum deducere & conſequi poſſit, neque non proinde per illud ipſum medium juſtitiæ operatio, adeòq; finis Jprudentiæ externus & ultimus, ſumma vitæ beatitudo, vel una parte in vitâ, aliquo modo obtineri queat. Id v. procul dubio eſt judicium, *vide Ariſt.* 5. *Ethic. c.* 4. *Reinking.* 2. *de Reg. S. & F.* 2. *c.* 13. *n.* 1. *& ſeqq.* quod contra invitus datur, *l. inter* 83. §. 1. *ff.*

de V. Oblig. quippe quod eſt, ſi cum additamento deſcribatur, legitima controverſæ, *l. 1. ib. controverſ. ff. de rei judicat.* coram Judice inter actorem & reum, *l. inter 61. ff. de judic.* facti ſpeciei, l. *licet, 2. ib. ſide ſpecie C. de judic. l. cum 79. ib. de facto ff. eod. Vult. 2. de Jpr. Rom. c. 1.* veritatis eruendæ causâ, *l. de ſtitiſſe, 10. §. 1. ib. cognitâ veritate ff. de judic.* tractatio Judici per ſententiam Jus Legislatoris da factũ illud applicanti determinanda, *pr. I. de offic. judic. l. non, 40. §. 1. ib. legis præceptum in judicando, l. eum, 79. §. 1. ib. de jure, de facto, ff. de judic. l. ſiſe, 4. §. ſi quis, 5, ib. repleatur ex J. ff. de re judic. l. Judices, 9, ib. definienda, C. de jud. l. ſubtil. 11. ib. ab Imp. A. hodie & l. ſancimus, ib. ex exiſtimatione Judicis, C. eod.* Ad modum v. ſyllogiſmi, eruendæ veritatis medii, ſeſe habet, nam maiori ſyllogiſmi propoſitioni reſpondet jus Legislatoris, quod certum, minori propoſit. factum quod incertum & controverſum conclusioni ſententia, quæ utrumq; finita partium diſputatione & facta ſubmiſſione conciliat & jus illud facto applicat. V. C. Qui emit ab aliquo fundũ,

ex contractu empt. vend. ipſi ad pretium ſolvendum tenetur; id quod judici per probationem certum non eſt faciendum, cum ſit jus, adeoq; regulariter certum & aliàs dicatur: Curia novit jura. Atqui hic vel ille emit & c. id quod omninò probandum, cum ſit factum, quod regulariter incertum. Ergò pretium illi ſolvere tenetùr; id quod omninò ſequendum, quia eſt ſententia ex præmiſſis libelli (cujus virtus in concluſione conſiſtit, cuiq; ſententia conformis eſſe debet) à judice deducta, niſi ſit malè ex iis collecta, ſi quidem tunc non eſt attendenda, ſed per provocationem perficienda ſeu reformanda. Sic & ut ſyllogiſmi, ita & judicii principia interna materialia quædam ſunt, nim. quæ ad cauſæ merita ſpectant, quò libellus & omnes in eo proponendæ actiones (ceu Jura actorum) referendæ. Sunt formalia interna, quæ ad judicii ſeu proceſſus ordinem pertinent, quò modus libelli & in eo proponendarum actionum redigendus, &c. Principia v. externa ſunt

D 4 vel

vel dirigentia vel perficientia. Dirigentia ſunt axiomata, h. e. propoſitiones *juris* divini & cum hoc coincidentis, *Balduin.* 4. *de caſib. conſcient.* 12. *caſ.* 15. *v. ſi ll.* *juris* naturalis, ut & *juris* civilis, quibus *judicii* conſequenda nititur. Perficientia ſunt quæ inſtar reductionis Logicæ, utrobiq; commiſſo per ſententiam peccato atq; gravamini medentur, ut appellatio, ſupplicatio, &c. Interdum v. & jus eſt incertum, ſi quandò negatur, quo caſu æq; ut factũ, fit obiectũ judicii & controvertitur, *Lab ea*, 5. *ff. de probat. wesenb. in w. ff. eod. n.*7. *Treutl.* 2. *Diſp.* 4. *θ.* 5. *lit. a.* Undè alia quæſtio facti, alia quæſtio juris deſcendit. Ut v. Jprudentiæ finis externus Juſtitia & *jus*, & obiectum ſecundarium, res atq; medium primum leges, ita & *judicium* convenientiæ ergò, dividi poteſt in divinum ſeu ſpirituale & humanum ſeu ſeculare, utrumq; in privatum & publicum, ut unumquodq; ſuæ Jprudentiæ ſpecificæ deſerviat, nec ex antecedentibus difficile ſit cuiusvis deſcriptionem concinnare, Principium dirigens Judicium eſt hoc generaliſſi-

mum: judicium ſemper. veritati eruendæ inſervire debet, *l. deſtitiſſe*, 10. §. 1. *ib. cognita veritate, ff. de judic.*

V. Media irregularia ſunt vindicta privata in illis terminis, in quibus eſt permiſſa, *de quib. Bocer.* 6, *claſſ.* 1, & vindicta publ. quàm bellum nominare licet, non uſq; adeò prohibitum, ſi in terminis conceſſis ſuſcipiatur & perficiatur.

CAPUT X.

De ſpeciebus.

I.

ATque ex his omnibus jam commoda naſcitur Jprudentiæ diviſio, ut ſit reſpectu finis & objecti ſecundarii, vel divina (diſciplinarem intellige) vel humana, utraque vel privata vel publica, utraque reſpectu mediorum, vel legislatoria vel judiciaria, quibus omnibus irregularis illa vindictoria in omnem eventum ancillatur. Quæ Jprudentiæ quaſi ſpecies, cum omnes ſcientiæ per modos conſiderandi conſtituantur & diſtin-

guantur, qui tractationis totius ſunt fundamentum, *Arniſ. p.* 1. *Epit Metaph. c.* 1. *n.* 44. ex diverſa illius conſideratione oriuntur & illarum quævis peculiariter pertractanda venit, verùm ita ut abs homine fieri poteſt Jprudentiæ quidem addicto, ne mihi objiciatur commune proverb. Ne Sutor ultra crepidam. Finem itaque huic materiæ mihi in doctorum & eruditorum virorum libris, non certè in ſylvis ſub Hamelenſi Jdictione ſitis, obviam factæ nunc imponens, Deo ter Opt. Max. per Dn. noſtrum JESUM Chriſtum gratias ago quàm maximas, quòd ad meas indigni preces per Spiritum S. mihi cooperatus ſit, & hoſce labores ad hunc finem perducere clementer conceſſerit, ille velit, obnixè rogo, in cæteris meis laboribus ſimiliter per Sp. S. mihi cooperari & omnes ut ad ſuam gloriam redundent ac optatum literariæ reipubl. finem ſeu ſalutem pertingant, clementiſſimè largiri, cui ſoli perennis ſit laus & gloria.

F I N I S.

Digitized by Google

Tractatus Secundus
Juridico-Politicus.

Digitized by Google

Auctor erudito Lectori
S. P. D.

C*ùm ante quinquennium* à B. Dn. D. Henrico Hahnio, *JCto Celeberrimo, Helmſtadii inaugurarer, & licentiam impetrarem aſcendendi ad ſummos Juriſprudentiæ honores; more Majorum ſolenniter & publicè diſputavi de* Quin-

)(ij que

que pedum Præſcriptione. *Cauſas enim Brunsvigæ jam egeram, & usûs forenſis non planè ignarum me oſtenderam, diligentiamq; meam tunc temporis probaveram Patribus illius civitatis Conſcriptis. Vt igitur ſpecimen quoque ederem Scholaſticæ eruditionis, intimæq; Juris Philoſophiæ; eligere volui argutulum diſputationis argumentum,* Legem *nempe* ſ. C. fin. regund. *difficilem ſanè & intricatam.*

Sed cùm labor iſte extemporalis poſtmodum mihi ipſi in omnibꝰ non ſatis-faceret; placuit recudere opuſculum illud, magis expolitum dare, & denuo publici facere juris. Equidem facilè provideo, imperitos opellam hanc meam, ut tenuem ac jejunam, cavillaturos, ac dicturos eſſe, me non habere in numerato niſi quinq; pedes,

Πέντε γένη, πέντε πλώσεις, καὶ πέντε καϛέρας.

Verùm quid cavilla hæc

ad me? Tu, erudite Lector, ſi conatibus meis faves, parùm ego curo indoctas voculas malevolorum.

In

In Nomine infiniti DEI, *rerum omnium & Satoris, & Finitoris.*

INitio orbis conditi inter primos mortalium videtur fuiſſe, ſi non omnimoda, aliqvalis tamen, rerum communio, multùm abludens ab hodierna rerum proprietate: quòd dominia toti humano generi, cujus typus Adam fuit, universè & generaliter collata, actu ſecundo nondum erant diſtincta, *Gen.I.29.30. c. Dilectiſſimis.* 12. q. 1. vel, uti Moraliſtæ loqui amant, quòd omnia communia erant negativè, ita ut huic vel illi privato aſſignatum nondum eſſet dominium hujus vel illius rei. Nam, ut *Lanctantius* ait. l. 5. de juſti-

ſtitia §. 5. *Deus communem omnibus terram dedit, ut communem degerent vitam, non ut furens & rabida avaritia ſibi omnia vindicaret, nec ulli deeſſet, quod omnibus naſceretur. Tam liberales enim fuere* (primi) *homines, ut natas ſibi fruges non includerent, nec ſoli abſconditis incubarent; ſed pauperes ad communionem proprij laboris admitterent. Nec mirum, cùm promtuaria juſtorum benignè paterent omnibus, nec avaritia intercipiens beneficia divina, famem ſitimq́ vulgò faceret; ſed omnes æqualiter abundarent, cùm habentes non habentibus largè copioſeq́ donarent.* Hoc ſenſu *privata nulla ſunt natura, Cic. lib. 1. offic.* & omnia comunia, i. e. ut *Baldus ad l. 5. ff de j. & j. n.* 31. explicat, communicanda tempore neceſſitatis.

Nam propria telluris herum Natura neq́ illũ, Nec me, nec quenquam ſtatuit: ut canit *Flaccus lib. 2. ſermon. ſat. 2.* Communio igitur hac ratione eſt juris naturalis, non permiſſivi tantùm, uti Scholaſtici ſentiunt, ſed & præceptivi. Multi quidem ex Neotericis paulo aliter docent; quibus tamen *Hu*-

goni

gonis de Roij diſtinctio *de eo quod juſtum eſt*, *l.* 1. *tit.* 5. §. 1. diſplicere fortaſſe nequit; utpote qui diſtinguere videtur inter Dominium (in genere ſcilicet & actu primo conſideratum) quod eſt juris Naturæ; & Dominiorum diſcretionem (actualem nempe) quæ eſt juris gentium, per *d. l.* 5. *ff. de juſt. & jure.* Huc reſpexerunt Poëtæ, aliiq; Scriptores Gentiles, quando memoriæ prodiderunt, Aborigines, qui Græcis *αὐτόχθονες* vocātur (quaſi dicas originis expertes, & è terra ſpontè nati: de Adamo enim è gleba terræ condito procul dubio fando aliquid acceperunt Ethnici) primos iſtos ſcilicet Italiæ cultores, ſub Rege *Saturno* vixiſſe, *qui, teſte Juſtino, tanta juſtitia fuiſſe traditur, ut neq; ſervierit ſub illo quiſquam, neq; quicquam privatæ rei habuerit; ſed omnia communia & indiviſa omnibus fuerint, veluti unum cunctis patrimonium eſſet. Ob cujus exempli memoriam cautum eſt* (pergit Juſtin: l. 43. c. 1.) *ut Saturnalibus, exæquato omnium jure, paſſim in conviviis ſervi cum Dominis recumbant.*

11. Quæ de mundi incunabulis, & Saturninâ, ſive aureâ, uti vulgo appellatur, ætate diximus, eadem & de mundo poſt diluviū primùm reparato intelligi debent, *Gen.* IX, 2. Imò idem hic ſecundùm Naturam vivendi Platonicus quaſi modus, & πάγκοινος rerum uſus, multò poſt adhuc duravit in diverſis gentibus, quarum vel ſimplicitas, vel mutua charitas, non diſtinxit meum & tuum. Per ſimplicitatem intellectam volo illam à Philone dictam Φρόνησιν μέσην, eamq; non Prudentiæ, ſed cum D. Paulo τῇ πανουργίᾳ (cujus ſymbolum erat arbor ſcientiæ boni & mali) oppono. Ex ejusmodi ſimplicitate, cujus ſignum nuditas corporis fuit, communionem ſuam traxére Americani: in qua per aliquot ſecula, teſte hiſtoriâ, perſtitêrunt. Ex charitate omnia communia exhibuêre Eſſæi: utpote qui triplici regulâ vixerunt, amore in Deum, virtutum cultu, & charitate in proximum. Rerum enim apud eos communicatio, facultatesq;, quas in cōmune poſſidebant,

bant, ita permixtæ, & bona contubernio publicata fuêre, velut inter fratres unum eſſet patrimonium, *Joſeph. Antiquitat. jud. lib. 18. c. 2 & lib. 2. de bello judaico c. 7.* Horum imitatores videntur fuiſſe Pythagoræi: utriq; enim ſilentium profeſſi, eſu carnium abſtinuerunt. *Id quoq; non prætereundum eſt*, inquit *Gell. Noct. Attic. l. 1. c. 9. quòd omnes ſimul, qui à Pythagora in cohortem illam diſciplinarum recepti erant, quod quisque familiæ pecuniæq; habebat, in medium dabant. Et coibatur ſocietas inſeparabilis: tanquam illud fuerit antiquum conſortium, quod re atq; verbo appellabatur* κοινόβιον. En tibi ortum hodiernorum Cœnobitarum, & eorum, qui in aſceteriis ex communi vivunt: de quibus vid. *c. exiit qui ſeminat. de V. S. in 6. Clem exivi de paradiſo. de V. S.* ubi proponitur regula D. Franciſci: quem communioni tam ſuperſtitioſè addictum perhibent, ut quicquam ſuum appellare ſubveritus fuerit. Vid. *Antiquitat. Franciſc. centur. 1 c. 9.* Ne nunc dicam de primis illis Chriſtianis, qui Hieroſolymis habitâ-

bitârunt: de quibus conſuli poſſunt *hiſtor. Eccleſiaſt. Scriptores.*

III. Neque tantùm in medio poſitæ erant res mobiles (quarum uſus cùm plerumq; in abuſu conſiſtat, communio etiam diu durare non potuit) ſed & inprimis immobiles: ut fontes, prædia tam ruſtica, quàm urbana &c. De puteis ad Oaſim inter multos communibus videatur *apud Photium Olympiodorus.* Getarum exemplum eſt in promtu:

Immetata quibus jugera, i. e. nullis metis diſtincta, adſcribit *Horatius lib.* 3. *od.* 24. Olim quippe

Nec ſignare quidem aut partiri limine campum
Fas erat,

Virgil. 1. *Georg.*

Non domus ulla fores habuit: non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus arva, lapis,

Tibullus 1. 3. ✝. 43. *& ſeq.* Terra igitur tunc temporis, ut verbo Thucydidis utar, ἀόριστος, h. e. indefinita, & limitibus nullis circumſcripta fuit. Add.

Hug.

Hug. Grot. c. 5. de Mari lib. item lib. 2. c. 2 de jure Bel. & pac.

IV. Verùm enimverò in locum probæ ſimplicitatis ſucceſſit deinceps, atq; in dies crevit, hominum *malitia*: ἔῤῥεπον γὰρ εἰς πανȣργίαν, ait *Philo.* Ideoq; non contenti amplius fuére miſeri mortales ſanctâ & innocuâ hac communitate, non veſci ſpontè natis, antra habitare, corpore nudo agere, aut corticibus arborum pellibusve veſtiri: qualem vitam tamen Scritifinnos vixiſſe auctor eſt *Procopius Hiſtor. Goth. l. 2. p. m.* 261. Ejusmodì malitia, ut de cæteris nunc taceam, præprimis apparuit in Gigantibus, quos Græci nominant Χειρoδίκας. Frigidam quoq; ſuffudit *luxuria*, & libido: cui anſam dedit vinum, *Gen.* IX. *Omne enim vitium ebrietas & incendit & detegit.—Creſcit inſolenti ſuperbia, crudelitas ſævo, malignitas livido: omne vitium detegitur & prodit. Senec. epiſt.* 83. Acceſſit deniq; *ambitio*, cujus ſignum turris Babylonica fuit; ita ut, cùm quisque eminendi

ac plus cæteris habendi cupiditate flagrare inciperet, res tandem in proprietatem iverint pacto vel expreſſo, ut per diſtributionem, vel tacito, ut per occupationem: currendo enim vincere adverſarium, non detrudendo, licitum; & ſecundùm *Cic*: 3. *Offic. conceſſum, ſibi ut quisq; malit, quod ad uſum vitæ pertineat, quàm alteri acquirere, non repugnante naturâ.* Quapropter, exigente ita neceſſitate, dominia jure gentium diſtincta, atque inter alia termini poſiti ſunt, in plagis tam cœli, vid. *Hieron. de Monte de Fin*: *reg*: *c.7.n.8.* quàm terræ, *l.* 5. *ff. de j. & j.*

Communemq; prius, ceu lumina ſolis & auræ,
Cautus humum longo ſignavit limite menſor,

Ovid. lib. 1. *Metam. Fab.* 4. Nam cùm rixas pareret communio, *l.* 77. §. 20. *ff. de Legat.* 2. & negligentiam inſuper induceret, *l.* 2. *pr C. quando & quib. quart. pars. lib.* 10. quandoquidem *communia*, ut ajunt, *communiter negliguntur*; omnino opus fuit prædiorum diſtinctione,

co-

eorumque proprietate. Atq; ex hac *agrorum diſcretione nata ſunt jura, Serv. ad verba iſta Virgilij: Legifera Cereri, 4. Æneid.* Ita enim Veteres Cererem, & ſacra ejus θεσμοφόρια denominârunt, hoc ipſo indicantes, ex agrorum diviſione ortum eſſe novum quoddam jus: per quod non licuit amplius transgredi fines dominii ſui, vel graſſari in fundum alienum, ſecundùm illud Phocylidis in Admonitorio:

> Ἀγροῦ γείτονος ὅρου ἀπόχεο, μηδ' ἄρ ὑπερβῇς.
> Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεειναί. h. e. uti *Alciatus* vertit:
>
> *Vicini cave tranſilias confinia fundi:*
> *Optimus in rebus modus; uſurpatio prava eſt.*

Alieno abſtinendum, antiqua formula eſt, etiam in finalibus controverſiis uſurpata ab Ulpiano *l. 8. pr. ff. fin. regundor.*

V. Inprimis autem hac in re accurati, ſi non ſuperſtitioſi, fuêre Romani

rerum Domini. Et quidem Numa Pompilius (ſi Jun: *Niphio ad Beneſtum* ſcribenti credimus, Jupiter Belus primus Auctor fuit) agrorum tam publicorum, quàm privatorum, fines ſacros & inviolabiles eſſe voluit: quapropter de terminandis prædiis lege cavit, eaq; circumſcribere, ac lapides Jovi Terminali ſacratos ponere juſſit. Solenne quoque feſtum, menſe Februario celebrandum, in honorem Dei Termini inſtituit, quod Terminalia vocant. In his ſacrificia & publicæ ſupplicationes quotannis fiebant, pro cuſtodia terminorum. Vid. *Dionyſ. Halicarnaſſ. l. 2. Antiquit. Roman. p. m.* 170. *& ſeq.* Adde *Mangonē Fragmentū Terminal.* nec non *Siculum Flaccum de condit. agrorum*, & *Ovid. lib. 2. Faſtor. v.* 640. *& ſeqq.* Circa locū Dionyſii hoc prætereundo notari meretur, quòd ibi dicitur: *Romanos Diis terminis ſacra feciſſe, non animal ullum mactando, quòd nefas fuerit cruentari hos lapides; ſed liba Cerealia, frugumq; offerendo primitias.* Et tamen apud *Horat. Epod. 2*, ita legitur:

Vel agna feſtis caſa Terminalibus.

Verùm ut è diverticulo redeam in viam, ſi quis Terminos illos violâſſet, h. e. vel tranſtuliſſet, vel ſuſtuliſſet, lege Terminali Diis iſtis devovebatur, in ſacrilegi illius internecionem impunitate promiſſâ: quem ſcilicet interficere licitum erat. *Dion. Hal. d. l.*

VI. Progreſſu temporis, & auctis Romulidûm rebus, etiam aliæ pœnæ finium Transgreſſoribus ſunt ſtatutæ. Nam qui poſt motam litem, non exſpectatâ judicis ſententiâ, partem fundi alieni uſurpâſſet, quod malè petierat, legibus Conſtantini M. & Valentiniani amittebat, & victus in causâ tantum præterea agri, quantum intervertere in animo habebat, *l. 4. C. fin. reg. l. 7. C. unde vi. h. e. ἀντίτοπον*, uti Græci loquuntur. Baſilica & Synopſis Baſilicôn has leges ita explicant: *διδότω ἕτερον τοσοῦτον τόπον τῷ νενικηκότι*, alium ſimilem locum det Victori. Tale quid ſanxit Theodoricus Rex apud *Caſſiodorum 3. var. 52.* Idemque juris fuit, ſi motâ nondum

lite

lite alieni quid uſurpatum eſſet, *l. 3. C. Theod. unde vi.* Sin verò bene quis petierat, victoriamq; obtinuerat cauſæ controverſæ, dominio tantùm rei ſuæ, quam propriâ auctoritate uſurpaverat, cadebat, *d. l. unde vi.* & creditor jus crediti amittebat. Huc pertinet Decretum D. Marci *l. 13. ff. quòd metûs cauſâ*, & *l. pen. C. unde vi*, nec non *l. 2. C. Th. ſi certum petatur de ſuffragiis.*

VII. Prætereà qui terminos moviſſet, actione de termino moto, περὶ τῶν ἀποκινηθέντων ὅρων, pulſabatur, & ex L. Agraria Jul. Cæſaris quinquaginta aureos pro ſingulis terminis conferre jubebatur in publicum, *l. fin. ff. de term. mot.* Alias mulctas irrogari olim ſolitas vide apud *Lipſ. Elector. lib. 1. c. 15.* K. IV. & V. D. Adriani reſcripto terminorum motor interdum relegari, interdum ad opus damnari, interdum quoque affici poterat pœnâ corporis afflictivâ. Quinimo ſi, ut finales cauſas obſcuraret, faciem locorum quis tantùm convertiſſet, pœnam arbitrariam incidebat; pro qualitate nem-

pe

pe perſonæ, & facti, *l. 2. & 4. l. fin. ff. eod.* Neque credo in omni antiquitate de ullo negotio civili plures leges extitiſſe, quàm de negotio hoc agrario ac finali. *Leges* videlicet *Agrariæ* olim fuêre hæ; Appuleja, Caſſia, Flaminia, Flavia, Julia (quam Cicero ad Atticum Campanam vocat) Licinia, Livia, Photia, & Flavia, Scribonia, Sempronia, Servilia, Thoria, Titia: de Terminis iſtæ; Alliena (vel Aliæna) Peducia (vel Peducæa) Fabia: de limitibus illæ; Cornelia, Julia & Sempronia, Roſcia Mamilia; & ſi quæ aliæ. Vide *Lib. de Agrorum conditionibus. Hygen. de limitib. conſtit. Lipſ. Electorum lib. 1. c. 15.* aliosque Auctores paſſim.

IIX. Verùm de omnibus illis Legibus, maximam partem dudum antiquatis, hìc pluribus agere, nimis longum foret: cùm non niſi ultimo loco memorata, Mamilia ſcilicet, ſit noſtri inſtituti. Dico *Mamilia*, non, ut vulgô legi ſolet, Manilia: quandoquidem Manilia propriè illa eſt, pro qua

qua Cicero de Imperatore, Pompejo ſcilicet, deligendo ad populum dixit. Tulit etenim hanc noſtram legem C. Mamilius Tribunus plebis, propterea Limitanus, ſeu Limetanus dictus. Et in nummo quodam argenteo, in vetuſtis quoq; codicibus, ita ſcriptum olim fuit: C. MAMIL. LIMETAN. vid. *Salluſt. in Bello Jugurth. & Manut. aliiq; commentatores ad eund.*

IX. Præſcripſit autem Lex Mamilia ſpatium quinque vel ſex pedum, quod purum à cultura maneret, Græcis μεθόριον dictum.* Quidam enim putârunt, paſſum ſive gradum Geometricum conſtare ſex pedibus: ſed communis ratio pro quinq; pedibus militavit. Videatur *Agenus Vrbicus in Frontinum*, qui cauſam addit, quare id ſpacii vacuum relictum ſit: *quoniam*, inquit, *hanc latitudinem vel iter ad culturas accedentium occupat* (unde & limitare iter dicitur à *Varrone lib.* 4 *de ling. Lat. pag.* 9.) vel circumductus (i. e. verſura, ſeu verſus, uti à *Columella* vocatur *lib.* 2. *de re Ruſtica c.* 2.) aratri.

Adda-

Addatur *Paulus lib. 1. recept. ſent. tit. 16. Cujac. in l. 4. §. ult. de Uſucap. Dion. Gothofr. ad l. 5. C. fin: reg: & Jac. Gothofr. ad l. 3. C. Th. eod. Petrus Gregor. Syntagm. juris lib. 20. c. 9. n. 6.* plures rationes cumulat: dicit enim 5. pedes à ſatione liberos relictos fuiſſe, ſive ad vertendum aratrum, ſive ad viam vicinalem, ſive ad radices arborum, ſive ne ramis impendentibus ſata læderentur umbrâ. Eodem *Gregor.* referente *d. loco. lib. 39. c. 13. num. 16.* *Wolfgangus Luzius* rem aliter explicat, quatuor nempe (non quinque) pedum interſtitium fuiſſe relictum ad ſepeliendos milites, & ſucceſſores Dominorum, ibiq; fuiſſe cippos & tumulos militares, probat ex quibusdam vetuſtis inſcriptionibus Capuæ inventis. Sed quicquid ſit de conjecturâ Luzianâ; certè non eſt hujus loci: uti nec illud 5. pedum ſpatium, quod à rivis & ſpecubus vacuum relinquendum erat ex veteri Senatûs Conſulto, extante apud *Frontinum de aqua ductibus.*

X. Legem Mamiliam altiùs cogita-

re volentibus nobis repetenda ejus origo eſt è jure veteri, *l. ult. C. Th. fin: regund.* hoc eſt ex Lege XII. Tabularum: quæ juris veteris nomine ſæpiſſimè venire ſolet. Vid. *Jac. Gothofred. in ſuo* Δωδεκαδέλτῳ. Lege enim XII. cautum fuit, ut, *inter vicinorum prædia conſtitutis finibus, quinq; pedum ſpacium relinqueretur, ut eo ſpacio ire, agere uterq; Dominus poſſet: Itemq; ut circumverti aratrum, facto eatenus ſulco, poſſet. Dion. Gothofr. in d. l. 5. C. fin: reg.* Lex autem XII. dubio procul ortum ſuum hac in parte debet legi Solonis. Vid. *l. ult. ff. fin. regund. & Plutarch. in Solone, pag.* 91. ubi pro πέντε nonnulli δύο legunt; Tuſcus tamen liber quinque legit, non duos, *Anton. Auguſtinus, ad XII. Tab. pag.* 172.

XI. Atque hanc rem ita ab ovo repetiiſſe operæ forſan pretium fuit. Nunc ad ipſam difficillimam *L. quinq; pedum* 5. C. *fin. regund.* quam hac vice explicandam nobis ſumſimus, propiùs accedemus; ante omnia autem præmonebiums, quid & *quinq; pedũ & Præſcripti-*

ſcriptionis nomine deſignetur. Pedis vocabulum πολύσημον eſt: ideoque ejus ambiguitas eſt evolvenda. *Seneca lib. 2 de Beneficiis, c. 34. Ingens copia eſt,* inquit, *verum ſine nomine, quas non proprii appellationibus notamus, ſed alienis commodatisq; Pedem & noſtrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis.* De pede noſtro res expedita eſt: propriè enim fulcrum illud corporis humani, quod eſt à femore ad calcem usque, pes appellatur; necnon de cæteris animalibus eodem ſignificatu uſurpatur. Et lectorum fulmenta, & menſarum quoq;, pedes dicuntur. *Ovid. 8. Metam. v. 663. & 664. Menſam ſuccincta tremensq;*

ponit anus; menſa ſed erat pes tertius impar.

Velorum pes, id eſt, inferior pars duplex eſt, vel dexter, vel ſiniſter: atque hiſce pedibus vela tenduntur. *Pes pars eſt veli infima, quæ ad navis latus religatur, quã nautæ, prout tempeſtas poſcit, aut contrahunt, aut laxant*, ait *Bayſius de re navali. Virg. 5. Æneid. circa fin:*

Unà

Vnà omnes fecêre pedũ, paritérq; ſiniſtros,
Nunc dextros ſolvêre ſinûs.

Ubi *pedem facere* idem eſt, ac dimidio vento navigare, vel ſicut *eod. lib. 5. Æneid. v. 16.* dicitur, *obliquare ſinûs in ventum*, Gall: lovoyer, German: Lavieren. Contrarium apud Lucan: eſt *æquare pedem*, i. e. toto vento navigare. Eodem ſenſu & apud *Macrobium lib. 6, Saturnal, cap. 4.* legitur: ſed & *Paſtanum & Vibonenſem ſinum pedibus æquis tranſmiſimus*, i. e. æquis velis. Et apud *Senec: in Medea. v. 320. & ſeqq. nunc lina ſinu Tendere toto: nunc prolato pede transverſos captare Notos. Servius ad Virg. d. l.* pedem explicat funem nauticum, Græci τὸ πόδιον vocant. Unde quorum in navi munus erat vela vertere, *pedem tenere* dicebantur. Quando igitur æquatæ auræ velorum ſinûs implebant, æqui pedes, i. e. funes æqualiter tenti erant. Add. illud *Catulli Epigr. 4.* — *Sive utrumq; Jupiter*
Simul ſecundus incidiſſet in pedem.

Carminum pedes ſunt numeroſæ illæ ſylla-

ſyllabarum diſpoſitiones, certis temporibus dèfinitæ; prout à *Gieſſenſibus in Poëtica lib. 1. c. 7.* definiuntur. Hinc eleganter *Horatius verſum currere* dixit, & tota iſta ſyllabarum cognitio *Legis Pediæ* nomen eſt ſortita. Hoc modo quinque pedes metrici unum conſtituunt Phaleucum. In Muſica Poëſeos amica (utraque enim numeris conſtat, & tractare artem Muſicam *Terentio in prologo Phorm.* eſt comœdias ſcribere) itidem pedes occurrunt; octo enim pedibus legitimus abſolvitur chori tonus. Certè Veterum Cantores olim pedem percutiendo (quæ percuſſio adhuc in uſu eſt, præcipuè apud illos, qui fidibus canunt) *ἐνδόσιμον* dabant, & ſaltantium *ἐυρυθμίαν* moderabantur. Quam ob cauſam ſoleam ligneam induebantur; cui è ferro regula ſuffixa erat, ut majorem ederent ſonum. *Lucianus σιδηρῦν ὑπόδημα* vocat. *V. Liban. in Apol. pro Saltatoribus.* Cui ferè geminum eſſe autumo ferratum illud calceamenti genus, quo Poloni aliique utuntur, & inter ſaltandum ferrum

ſup-

ſuppactûm collidentes, ignem excutiunt. Præterea vox pedis ad multas alias res transfertur. Tribuitur enim aquis, aliisque liquoribus. *Horat. Epod.16.*

Levis crepante lympha deſilit pede.

Virg in Culice, v.17.

Caſtaliæ & reſonans liquido pede labitur unda.

Idem alibi:

Ipſe ſuo flueret Bacchus pede, i.e. vinum. Sumitur etiam pro fulcimentis ædium, ut & radicibus, ſeu imis partibus montium. *Varro* ait *lib.4. de Ling. Lat. p.25. qui fundamentum* (ædificii) *inſtituit, pedem ponit.* Et *Amm. Marcellinus lib.14. pag.20. Has autem provincias, quas Orontes ambiens amnis, imosq; pedes Caſſij montis illius celſi prætermeans, funditur in Parthenium mare.* Accipi quoque poteſt de ſitu loci, in illo, nî fallor, *Auſonii*:

Quin etiam riguis humili pede condita pratis.

Non minus vermiculi iſti in vulgus notiſſimi, pediculi nempe, pedes nominantur. *Plautus Curcul, act.4. ſc.2.*

Item

Item genus eſt Lenonum inter homines, meo quidem animo,
Vti muſcæ, culicesq́ꝫ, Pedesq́ꝫ, Puliśesq́ꝫ.

Denique & Tempori vitæ ac mortis ab *Ovidio* & *Horatio* pedes affinguntur. Sic enim ille:

Vtendum eſt ætate, cito pede labitur ætas.

Et hic:

Mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,
Regumq́ꝫ turres.

Ne nunc dicam pedem pro menſura poni, qua de re vid. *Frontinus*, quem alii Nypſum appellant, & de Pede Ptolemaico, Monetali ac Druſcano *Hygen. de Limit. conſtit.*

XII. Verùm omnes iſtæ, aliæque figuratæ ſignificationes hîc prorſus ſunt alienæ. Magis huc quadrat illa, quæ reperitur in *lib. de Limit. agrorum,* ibi: *planum eſt, quod Græci* ἐπίπεδον *appellant, nos* Conſtratos *Pedes* (i. e. aream, ſeu fundamentum) *in quo longitudinem & latitudinem habemus: per quod etiam agros, ædificiorum ſola, & quibus altitudo & craſſitudo ponitur &c. intelligimus.*

thus. Dicitur alioquin Pes Magnus, uti *Scaliger* monet. Maximè omnium huc facit illa deſcriptio *Frontini in Expoſit. Formarum*; qui pedem ſimplicem, qualis hîc intelligitur, quatuor palmis (i. e. ſedecim digitis) ſeu duodecim unciis definit. Namque pes, qui teſte eodem *Frontino*, olim etiam pollex nuncupatus eſt, inſtar aſſis, in duodecim uncias dividitur, & duodecima pedis pars uncia vocatur. Partes haſce pedis à partibus aſſis denominatas oſtendit, & bonæ notæ Scriptorum auctoritate confirmat *Hadrian. Junius in Nomencla-tura ſub voce Pes*. Simplex ejuſmodi pes, qualem hîc innuimus, Germanis dicitur ein Werckſchuh / von zwölff einfachen Zöllen; & diſtinguitur à pede quadrato, von einem Creutz-Schuhe. Quinque igitur pedes faciunt unum gradum, non ſimplicem (qui duobus pedibus & dimidio, vel, ſecundùm alios, tribus pedibus contractior eſt) ſed Geometricum; neque Græcum, (qui pede uno & quartâ ejus parte longior eſt) ſed Romanum: &

fines

fines unius gradûs latitudinem ex L. XII. & L. Mamilia habent: ideoque in *l. 3 ff. de term. mot.* dicitur: *qui terminos ſtatutos extra ſuum gradum finesq; moverint*. Gradum talē, ſeu paſſum, Græci ὀργυιάν vocant, ut *Suidas* interpretatur: intellige minorem: ſiquidem major ſex pedes cum quadrante in ſe comprehendit. Vid. *Hadr. jun. d. l. & Cujac. ad l. 4. §. ult ff. de uſucap.* Add. *Oëtting. de jure & controverſ. Limit. lib. 1. c. 14. n.* 4. 5. 6.

XIII. *Præſcriptionis* dictio itidem eſt ambigua, & homonymiâ laborat. Nam vel juridicè capitur; vel Grammaticè. *Iuridicè* denotat uſûs, per poſſeſſionem ſeu continuationem temporis, acquiſitionem, *Rubr. inſt. de Vſucap. & long. temp. præſcript.* Uſucapio enim in longi temporis præſcriptionem, & hæc in illam eſt transformata; ita ut nulla, ratione effectûs, ſuperſit differentia, *l. un C. de uſucap. transf. l. fin. C. de præſc. long. temp.* Hoc ſenſu recentiores JCti, quoſdam Pontifices imitati, ſe præſcripſiſſe fundum vel do-

mum

mum dicunt, quando exceptionem ex uſucapione ſibi natam opponunt: cujus tamen locutionis apud idoneos Auctores vix ullum extat exemplum. Apud alios, inprimis Veteres, Præſcriptio quandoque deſignat exceptionem, *Rubr. C. de Except. ſeu Præſcript, l.* 12. *ff. de diverſ. & temp. præſcript* : talem ſcilicet exceptionem, quæ ex tempore ſubſtantiam capit, ut præſcriptio definitur à *gl. inc.* 1. *cauſ.* 16. *quæſt.* 3. vel in genere quamlibet, ſive dilatoriam, *l. pen. C. de Except. ſeu Præſcr.* ſive peremtoriam, *l.* 2. *C. de prec. imper.* ut fori *l.* 29. *C. de pact.* doli mali, *l.* 91. *ff. de ſolut.* rei judicatæ, *l.* 29. *ff de Except. rei judic.* transactionis, *l.* 9. *pr. ff. de Transact.* falſi inſtrumenti, *l.* 11. *ff. de Except.* ſuſpecti Tutoris, *l. fin: ff. de ſuſpect. Tutor.* militiæ, *l.* 13. *C. de Procurat.* adverſus tabulas non jure factas, *l.* 16. *C. de inoffic. Teſt.* adverſus appellationem, in qua Adverſarii nomen non expreſſum, *l.* 3. *pr. ff. de Appellat. &c.* vel in ſpecie illam longiſſimi temporis, ſeu triginta annorum, *t. t. C. de Præſcr.* 30.

vel

vel 40. annor. Differre autem Alciato videtur exceptio à præſcriptione: quòd illa actioni directò objiciatur & repugnet; hæc non item, & intentionem obliquè tantùm petens, non quidem neget, ſed reſtringat. De qua differentia impugnatâ à *Lud. Cato*, ut & de formula Exceptionum, nec non de Translatione, quæ ex ſententia *Victorini in Rhetor. Cic*: à præſcriptione non multùm diſtat, vid. *Alciat. in lib. de quinq. ped. præſcrip. n.* 51.

XIV. *Grammaticè* Præſcriptio h. l. ſignicat delineationem, limitationem & determinationem (quo ſignificatu etiam ſumitur in *l.* 10. §. 1. *ff. de div. & temp. præſcr.*) à lege in ſpacio præſcribendo & circumſcribendo factam: & præſcriptum (ſcilicet lege latitudinis, quomodo *Sic. Flaccus* loquitur) nihil aliud eſt, quàm id quod Græcis eſt ὅρος, ὑπογραφὴ τοῦ βήματος, ὑπογραμμός, forma delineata ſpacij limitaris. Nam ſecundùm *Aggen. Vrbic.* Lex Mamilia 5. aut ſex pedum

 lati-

latitudinem præſcribit, i. e. περιγράφει, περιορίζει, delineat, determinat, limitat. *Impp. in Lege* 5. *C. Th. fin. reg.* ſimiliter loquuntur: *finalibus jurgiis omnem modum, quem præſcripſimus &c.* item: *ac de eo tantùm ſpacio, h. e. pedum quinq;, qui veteri jure præſcripti ſunt, &c.* Extra materiam finalem ita *Terentius in Andr.*: *Tute ipſe iis rebus finem præſcripſiſti, Pater.* In Jure etiam inde nomen ſortita eſt actio præſcriptis verbis. Vid. *Jac. Gothofr. ad l. 4. C. Th. fin. reg. §. ea ut rectè.* Quæ Grammatica & ſimpliciſſima vocis acceptio quàm benè aperiat mentem noſtræ ut ut obſcuræ legis, ex ſubſequentibus ad oculum patebit.

XV. Ipſiſſima verba *legis* 5. *C. fin. reg.* à Triboniano mutilatæ, & Codici Juſtinianéo inſertæ, hæc ſunt:

Imppp. Valent. Theod. & Arcad.
AAA. Neotherio. PP.

Quinq; pedum præſcriptione ſubmotâ, finalis jurgij vel locorum libera peragatur intentio. P. P. VII. Calend. Aug. Arcadio A. II. & Rufino Coſſ.

Sed

Sed cùm maxima pars legis, quam paulo poſt integram recitabo, hîc omiſſa ſit, quid mirum, illam perdifficilem intellectu eſſe? Triboniano aliàs ſolenne eſt ita leges corrumpere, & ad mentem Juſtiniani ſui accommodare. Ut de aliis perquam multis nunc taceam, exempli loco ſit *Lex ult. C. juſt. fin. reg.* quæ ex *l. ult. C.Theod. eod. tit.* transſumpta; verùm interpolata & valde corrupta eſt, ut cuivis utramq; legem inſpicienti ſatis liquet. Scilicet aſſerenda erat opinio Juſtiniani Imp. qui putabat, finalem quæſtionē non longi temporis, ſed 30. tantumodo annorum præſcriptione elidi poſſe; adeoque diſſentiebat á Valentiniano tam juniore, quàm Seniore, Theodoſio M. & Theodoſio juniore, qui in finalibus controverſiis præſcriptioni locum eſſe planè & indiſtinctè noluerunt, *l. 4. & 5. C. Th. fin. reg. l. 5. C. Th. de pactis. l. un. C. Th. de act. certo temp. fin.* in qua ultimâ lege diſertè à tricennali Præſcriptione excipitur actio finium regundorũ. Hæc vera procul dubio cauſa fuit manûs Tribonianeæ corru-

ptricis, tam ratione dictæ legis ult. quàm hujus noſtræ legis quinque pedum.

XVI. *Petrus Bailardus* (aliis Abelardus, ſive Pierre Abelard, aliis Baliardus, Crinito Bajalardus nominatur) famoſus ille ſectæ Ariſtotelicæ in Academia Pariſienſi Philoſophus, & Hæreticus (aliud enim æternum præter Deum ſtatuit; & Chriſtum, ut hominem redimeret, hominem factum eſſe negavit, ideoq; ab Innocentio II, in Synodo Gallica condemnatus eſt anno 1140) imò Magus, ſi vera eſt fabula, *aliquando nocte natalis Domini* (verba ſunt *Panciroli*) *ope Dæmonum Româ Lutetiam delatum, ibi unam ex matutinis lectionibus ceciniſſe, & eodem mane Romam relatum fuiſſe*; hic Bailardus, inquam, Britannus genere, tantum ſibi tribuit, ut ex quacunque legis literâ, etiam difficillimâ, ſanum ſenſum ſe trahere poſſe jactitaret. *Paſquier dans les Recherches de la France liv.* 5. *chap.* 16. ex ejus Epitaphio ſequens diſtichon adducit:

Ille ſciens quicquid fuit ulli ſcibile, vicit
Artifices, artes, absq; docente docens.

Attamen acutus iſte Polyhiſtor de hujus legis 5. C. fin. reg. genuino intellectu interrogatus, hæſitavit, & diffiteri non potuit, ſe neſcire, *Accurſ. & Odofred, ad d. l. 5.* Sed magnopere mirandum non eſt, homini αὐτοδιδάκτῳ, qui que, ſecundùm opinionem aliquorum, Juris Conſultus non fuit, teſte *Auguſt. Barboſâ in Collectan. hic ad Cod. num. 6.* (quanquam à Petr. Crinito inter omnes, qui jus civile profitentur, vir conſultiſſimus nominatur) in re minus liquida aquam hæſiſſe. Ex ipſis celeberrimis juris noſtri Interpretibus vix unus atque alter eſt, qui novum huic legi ſenſum non inferat; & quidem quandoque cum dubitatione. Certè *Ludovicus Catus in Repetit. ſuper l. 5. pedum ad Alciatum*, poſtquam caſum legis formavit, ſubjicit, hanc eſſe ſuam *qualemcunque phanthaſiam*: & tandem ita concludit: *contentus ero ea, neſcio an fortaſſis ineptè, excegitâſſe*, quæ ſuperiùs memoravi. *Pacius in Anal.*

 cod.

Cod. h. t. num. ult. diſertis verbis fatetur, ſe in ea lege enarranda ab omnibus Doctoribus diſſentire. Eâdem libertate dicã, an licentiâ, cæteri ferè omnes utuntur, vel potius abutuntur.

XVII. Ego πάντων τῶν περιλύτων τι καὶ λύτων ὁ ἐλάχιστος, in quo exigua admodum, vel nulla δύναμις ἑρμηνευτική, cùm ante ſeptennium, & quod excurrit, inciderem in Ampliſſimi *Dn. D. Joannis Strauchij*, Hoſpitis quondam mei meritiſſimi (quem honoris causâ hìc nomino) *Lectionem*, ut ipſe appellat, *Curſoriam*, Jenæ anno 1651. XIIX. Kal. Januar. de hac materia publicè perorando habitam; deprehendi, legem hanc 5. P P. integritati ſuæ è Codice Theodoſiano reſtitutam, tantâ difficultate non laborare, quanta primâ fronte in illa apparebat. Confirmavit me inſuper calculus Magnif. *Dn. D. Georg. Adam. Struvii*; quem video in *Syntagmate juruprud. Civ. Exercit.* 14. *num.* 57. prorſus idem ſentire. Inprimis autem corroboratus ſum in hac

ſen-

ſententiâ, poſtquam licuit conſulere ſupra aliquoties jam laudati *Jac. Gothofredi Codicem Theodoſianum*; qui magno Reip. literariæ, & elegantioris literaturæ, bono, cum Notis, & Comentario haud ita pridem in lucem prodit; anno ſcilicet hujus ſeculi 65. Auguſtæ Sequanorum.

XIIX. *Lex* 5 PP. integra, *in tit. C. Th. fin. reg. ordine quarta*, hæc eſt: *Imppp. Valent. Theod. & Arcad.* AAA. *Neotherio P. F. P. O.*

K. N.

Quinq; pedum præſcriptione [a] *ſummotâ, finalis jurgij* [b] *vel locorum* [c] *liberæ peragatur intentio.* [d] *Sola ſit igitur hujuſmodi legibus una præſcriptio; quæ improbi* [e] *petitoris refrenare poſſit invidiam,* [e] *ſi* [f] *veteribus finem cum ſignis* [g] *limes incluſus congruum eruditâ arte præſtiterit: nec verò prolixioris temporis, in hujuſmodi locum habebit ulla præſcriptio, cùm diuturno otio* [h] *alienum rus quisq; aſſerat ſe diligentiùs coluiſſe: quando omne hujuſmodi jurgium ſolo præcipimus jure diſcingi,* [i] *quo artis hujus peritis omne commiſ-*

miſimus ſub fideli [i] *arbitratione judicium. Dat. VII. Kal. Aug. Arcadio Auguſt. & Bautone Coſ.*

XIX. Antequam legis hujus verum ac proprium eruamus ſenſum, in anteceſſum circa Inſcriptionem, Subſcriptionem, ac Textum (ut vocant) ipſum, aliquantulum φιλολογεῖν forſan non de nihilo erit: quandoquidem Philologiam, quæ Grammatica Hiſtorica eſt, *Suetonius in Aug p.* 143. non dubitat vocare Eruditionem variam, & in *Calig. p. m.* 267. Eruditionem abſolutè. *Inſcriptio* præfert nomen Valentiniani, intellige junioris, qui indubitatus auctor eſt hujus legis: Neotherius enim (à *P. Caſtello* corruptè Vulterius, in codice quodam Neulterius, alibi Neoterius, in Faſtis Idacii Neuterius; rectiùs tamen Νεοθήριος, uti hic, legitur) ſub Valentiniano jun. anno 385. quo hæc lex ſancita videtur, in occidenti Præfectus Prætorio fuit. Vid: *Jac. Gothofredi proſopograph.* in ſæpius allegata editione poſthuma Cod. Theodoſiani. Valentinianus igitur,

Theo-

Theodoſius (quem ob fortitudinem Valentinianus & Gratianus collega, antequam hic à Maximo, Galliæ Præſide, interficiebatur, in conſortium Imperij adoptaverant) & Theodoſii Filius, natu major, Arcadius (à vivo Patre unà cum Honorio fratre Auguſtus nominatus) tres illi Imperatores Auguſti, (quos triplex A deſignat) Neotherio reſcripſerunt.

XX. Literas majuſculas Neotherii nomen ſubſequentes, videlicet P. F. P. O. K. N. ita legendas cenſet *Gothofredus*, ex mente *Jureti ad Symmachum*: *Præfecto Prætorio Orientis Kariſſimo Nobis*. Vid. *Goth. in Prolegomenis*. Mirum autem cuiquam videri non debet, Præfectum Prætorio, cui judiciorum ac rerum ſumma commiſſa erat, *l. 1. C. Th. de Epiſc. Judic. l. 40. C. Juſt. de Decur.* titulo Chariſſimi ab Impp. dignum judicari. Præfecturam enim Prætorianam, cujus meritum reliquis Dignitatibus anteſtabat, *l. 1. C. de offic. Vicar. Ammianus Marcellin.* honorum omnium apicem vocat, *lib. 21. pag.* 200. &

Eunapius Sardianus in vita Proæreſii pag. 117. & ſeq. notat, Imperatoriæ Dignitatis inſtar habuiſſe; niſi quòd caruerit purpuræ trabeæve uſu. Verùm ut ad literas illas interpunctas redeam, vel, exemplo Gothofredi in Chronologia, omittenda eſt litera O. vel explicanda non Orientis, ut Juretus autumat, ſed Occidentis. Anno namq; 385. quo lex noſtra nata eſt, Præfectus Prætorio Orientis fuit Cynægius, uti videre eſt in multis Theodoſiani Cod. legibus eodem anno latis, *l.* 24. *de Oper. publ. l.* 16. *&* 17. *de extraord. ſeu ſord. mun. l.* 15. *de Accuſat. l.* 9. *de Pagan. l.* 47. *de curſu publ. l.* 4. *ad L. Jul. de Adult.* quæ omnes datæ ſunt Conſtantinopoli, Arcadio A. I. & Bautone Coſſ. Idem agnoſcit *Gothofredus in Notis ad Libanij Orationem pro templis*, & ad orationem κτ̀ τῶν εἰσιόντων. Et quis non agnoſcat, cùm è Zoſimo & Idacio id manifeſtò conſtet. Neotherium verò noſtrum Occidentis Prætorio Præfectum fuiſſe, colligitur tam ex Cod. Theodoſ.

l. l.

d. l. 16. *de Extraordin. & ſord. mun. l.* 6. *de Juriſd. l.* 110. *de Decur. l.* 15. *de cohortal. l. ult. quid prob. deb.* quàm ex Cod. Juſtin. *l.* 13. *de Excuſ. mun. & l.* 6. *de cohortal.* quæ leges itidem datæ ſunt Arcadio A. I. & Bautone Coſſ. ſed Mediolani. Vid. *Henr. Valeſius in Not. ad Amm. Marcellinum p.* 319. qui hunc Neotherium Præfectum Præt. in Occidente ſub Valentiniano jun. fuiſſe, colligit ex *Cod. Th. titulo de indulg. crim.* & ejusdem Cod. titulo *de extraord. ſeu ſord. mun.* ex quo nos ſupra jam allegavimus, *l.* 16. & 17.

XXI. Quod ad *Subſcriptionem* attinet, præterquam quòd in *corpore ſin. regundorum* poſt vocem *Arcadio* perperam ponitur PP. *Alexandria* (quò forſan reſpexit *Ludov. Catus*, Neotherium Præfectum Prætorio Africæ vocans) obſervanda hìc inſuper venit diverſa Codicis Juſtinianéi, & Theodoſiani Lectio. In illo enim ita ſubſcribitur: *PP. VII. Cal. Aug: Arcadio A. II. & Ruſino Coſſ.* in hoc autem ſic: *Dat. VII. Kal. Aug: Arcadio Auguſto & Bautone Coſſ.* Si itaque mors Valentiniani, juxta *Epiphanium de menſuris & ponder*, incidit in

Vi-

Vigiliam Pentecoſtes, diem Sabbati, 15. Maij (anni 392. uti *Gaconius* & elo- quentiſſimus *Schraderus* noſter in *Tabulis Chronolog.* computant) Arcadio & Ruffino Coſſ. falſum eſt legem noſtram iisdem Coſſ. VII. Cal. Auguſti, h. e. ut vulgò numerant, die 26. Julij à Valentiniano publicatã eſſe: hic enim ſecundùm Epiphanii computationem, die 15. Maij, h.e. ipſis idibus Maij, ad eoq; jam ante duos menſes laqueo vitã finiverat, per inſidias Eugenii & Arbogaſti. Sin Valentinianus, juxta *Marcellinum in Chronico*, & alios, ſtrangulatus eſt Tatiano & Symmacho Coſſ. plus adhuc falſi habet Lectio juſtinianéa; quandoquidem Tatiano & Symmacho Arcadius & Rufinus in conſulatu demum ſucceſſerunt, Vid. *Caſſiodori Chron. pag.* 697. Quid ergo dicendum eſt? Hoc ſcilicet, Tribonianum hìc antiquum obtinuiſſe, & alienam huic legi adjeciſſe ſubſcriptionem; vel potius partem domeſticæ ſubſcriptionis, (VIII. Kal. Aug.) retinuiſſe partem autem extraneæ ſubſcriptionis ex *l. 5. C. Th. fin. reg.* huc in *l. 5. C. Juſt.*

juſt. eod. tit. tranſtuliſſe: in quo tamen facile ipſum potuit fallere idem numerus, quinarius nempe. Hoc novum non eſſe in Triboniano, aliunde etiam conſtat. Evolvat, qui volet, *l.* 1. C. *de ſuperexaction.* & componat cum *l.* 1. & 2. C. *Th. eod. tit.* videbit unam legem ex duabus conflatam, eiq; Stiliconem & Aurelianum Coſſ. ſubſcriptos; quibus Conſulibus tamen non *d. l.* 1. C. *Th.* ſed tantùm *d. l.* 2. eſt ſtatuta; Conferat etiam *l.* 6. & *l.* 8. C. *Th. de indulgent. crim.* quas in unam, videlicet in *l.* 3. C. *juſt. de Epiſc. aud.* compegit Tribonianus, ſubſcriptis Arcadio & Bautone Coſſ. qui Conſules tamen ad *d. l.* 8. pertinent; ad *d. l.* 6. veró Synagrius & Eucherius. Quapropter cùm eadem, vel ſimilis, hìc occurrat confuſio, & perturbatio; Cod. Theodoſiani ſubſcriptio, tanquam legitima, retinenda eſt, & Cod. Juſtinianéi illa, tanquam ſpuria, rejicienda.

XXII. In *Textu* varia ſe offerunt vocabula σημαντικὰ, artis gromaticæ propria, quæ hìc unà cum aliis diffici-

lio-

lioribus omnino ſunt exponenda. Et primùm *Præſcriptio* [a] aliter, & quidem bis eodem modo, ſumitur in parte huj⁹ legis priore; nempe ꝑ determinatione præfixi à Legibus Mamilia & XII. Tab. ſpacii quinque pedum. Videantur, quæ dixi ſupra num. XIV. & jung. *Frontinus de controv. agr.* aliter autem accipitur in poſteriore huj⁹ legis parte, à Triboniano neglectâ & rejectâ; videlicet pro Exceptione, quâ intentio vel actio eliditur. *Quintilianus inſtitut. Orator. lib. 7. c. 6. ignominiosè*, inquit, *Patri filius præſcribit*, i. e. exceptionem objicit. De qua ſignificatione plura dixi num. XIII. ubi vide. Fallũtur ergo, qui præſcriptionẽ ad diſtinctionẽ uſucapionis hìc poni exiſtimant, atque ex mente Valentinianorum Theodoſiorumq; [vid. num. XV.] etiam hìc non uſucapionem tantùm, ſed & Præſcriptionem ſummotam ac prohibitam credunt: quæ interpretatio tamen toti legis contextui repugnat: utpote qui extenditur non ab uſucapione ad præſcriptionem, ſed à finibus ad Locum,

h. e.

h. e. à quinque pedum ſpacio ad ſpacium plurium pedum, ſive majus. Falluntur & alij, quos infra notabo. Diverſa enim interpretatio vocis Præſcriptionis tot diverſarum opinionum cauſa, & Homonymia more ſuo tot errorum genitrix fuit.

XXIII. Deinde & *Jurgij* [b] vox, quæ bis hìc legitur, agrimenſoria eſt, & à lite maximè differt. Duo egregia è *Cic. l. 4. de Rep.* loca annotavit *Nonius Marcellus*, vetus Grammaticus, *c. 5. §. 34.* in verbo Jurgium & Lis. *Admiror nec rerum ſolùm, ſed verborum etiam elegantiam. Si Jurgant*, inquit [Lex ſcilicet XII. quæ, teſte Tullio, domeſtico hoc vocabulo uſa eſt] *benevolorum concertatio, non lis inimicorum jurgium dicitur.* Item: *Jurgare igitur Lex putat inter ſe vicinos, non litigare.* Adeoque Jurgare quis dici videtur, quaſi jure i. e. juſtè, non violenter, ſed placidè, ſeu amicè, concertare: Jurgare enim à Jure derivatur, ſecundùm *Varronem l. 6. Lat. Ling: pag. 80.* Contra lis dicitur quaſi Elis i. e. Eris, R tranſeunte in L, vel

quaſi

quaſi λύσις: cùm lis conſiſtat in ſolutione & disjunctione animorum. Vide ita ludentem *Chriſtianum Becman. in libro de Originibus Latin. Ling. p. m. 614.*

XXIV. Porro *locum* [c] hic diſtinguere oportet à fine, ſeu locorum intentionem à Jurgio finali, & controverſiam finalem de loco à controverſia de modo, proprietate &c. Nam, docente *Frontino, duæ ſunt controverſiarum materia, finis & locus.* Ille terminus, hic portio fundi, *l.* 60. *ff. de V. S.* ſeu ſpacium quodcunque eſt ultra quinque pedes, qui fines finium dicuntur *Dion. Gothofredo, ad l. l 5 C. fin. reg*: Imó totus fundus olim locus nominatus eſt. Ita enim vetus *Auctor de limitibus apud Rigalt. Noſtri duodecim decempedas eſſe voluerunt: & actum collimitium locum primùm appellatum, deinde dictum fundum*: Actus autem collimitius modus agri erat quatuor terminis collimitantibus (i.e. mutuo reſpectu limitem oſtendentibus) definitus. Unde locuples dicitur quaſi locorum plenus, qui (uti *Gellius lib.*

lib. 10. *c.* 5. *ex Nigidio* explicat) pleraq; loca, h. e. multas poſſeſſiones, ſive agros, tenet. Vid. quoque *Frontin. de controv. agr.* & *Agg. Vrbic. comment. in Frontinum.* Ubi & hoc diſcrimen traditur, locum biennio poſſeſſum olim uſucapi potuiſſe, finem ſeu ſpacium 5. pedum non item. Similis locus eſt apud *Cic. l.* 1. *de LL.* *Ex hac non rerum, ſed verborum diſcordiâ, controverſia nata eſt de finibus, in qua quoniam Vſucapionem* XII. *Tabulæ intra quinq; pedes eſſe noluerunt: depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinamus &c.* pro *noluerunt* tamen vulgati Codices habent: *voluerunt*: ita ut validum argumentum ex contraria lectione ſumi non poſſit, *Bart. ad l.* 3. *ff. de reb. dub. num.* 2. Lectionem poſteriorem ſeu affirmativam *Ludov. Catus in Repetit: ad hanc l.* 5. *pp. num.* 9. *contra Alciatum, d. l. in Reſp. ad Oppoſit. Viglij* pro negativa militantem, acriter defendit. *Zeno enim*, inquit, *homo acutus invadere volebat poſſeſſionem Academiæ. E. nondum poſſidebat; Aacademici autem, quia leges* XII.

Vſu-

Uſucapionem intra 5. pedes eſſe voluerunt; veterem ſuam poſſeßionẽ depaſci & uſurpari permittere nolebant. Sed bonus ille Catus ſibi ipſi non conſtat, ideoque ſubdubitans addit: *niſi vererer in curioſitatis crimen incidere, auderem dicere, quòd in illis Ciceronis verbis longè diverſus ſenſus occultus jacet, qui nec tua, nec mea ſententia ſubſcribat.* Nos, ſi alterutra lectio eligenda eſt, negativam retinemus: mens enim Ciceronis hæc eſſe videtur: Cùm Zeno idem ferè ſentiat, quod Academici, & ad Academiæ confinium proximè accedat, natam eſſe controverſiam non de re ipſa, ſed de verbis, quaſi finalem: in quâ quoniam XII. Tabulæ uſucapionem intra 5. pedes eſſe nolint, i. e. non admittant, permittendum non eſſe Zenoni acuto homini, ut fines transſiliat, & ad ſuam ſententiam perducat Academicos, à veteri prioris ſententiæ quaſi poſſeſſione. Id inſuper obſervandum eſt, controverſiam de loco in jure dici litem dominij, de qua eſt *tot. tit. de rei vindic. & l. 4. ff. fin: reg:* controverſiam autem

tem mixtam, quæ tam de fine, quàm de loco eſt, dici controverſiam de latitudine, *l. ult. ff. de pign. act.* & *d. l. 4. §. 10. ff. fin. reg*: Denique controverſia de totius fundi ſtatu, tam de finibus, quàm de proprietate (ſeu de jure, ut loquitur *Symmachus lib. 10. ep. 41.*) dici controverſiam de poſſeſſione, & dirimi per interdictum, i. e. jure ordinario, commentante *Aggeno Vrbico ad Frontinum.*

XXV. Neque negligenda eſt phraſis iſta, ſeu loquendi ratio, *peragere intentionem* [d]. *peragere* eſt perficere, abſolvere, finire. Ita dicitur peragere reum *l. 2. ff. de adult.* qui, finito proceſſu, criminis convictum condemnari fecit; & peragere litem *l. 57. ff. de Procur.* qui litem ad effectum & finem perduxit. *Intentio* autem (pro qua voce minus rectè à quibusdam tentio, vel detentio legitur) in ſcholis Rhetorum definitur, ex qua ſtatus principium habet, quæq; depulſione conficitur. *Quid eſt*, inquit *Fortunatianus*, *intentio? quod prima pars propo-* *nis,*

nit, quæ facit litem: quod Græci vocant κατάφασιν. *Quid eſt depulſio? quod ſecunda pars reſpondet: Græci* ἀπόφασιν *vocant. Formatur autem intentio* ἐκ τοῦ αἰτίου, *i. e. cauſativo litis, propter quod res in judicium deducitur: depulſio* ἐκ τοῦ συνέχοντος, *ex eo, quod omnem defenſionem continet:* ἐκ τοῦ συνέχοντος καὶ τοῦ αἰτίου *oritur* τὸ κρινόμενον, *de quo judicandum.* Hæc Rhetorum tradita bene etiam ad jus noſtrum applicari poſſunt. *Alciat. d. l. n.* 120. *& ſeqq.* In Jure *intendere* eſt agere, petere, perſequi jus ſuum, *l.* 5. *ff. ſi uſufr. pet.* l. 139. *ff. de V. O.* & intentio idem eſt quod actio, petitio, perſecutio juris, ſeu libellus, *l.* 9. §. *proinde. ff. ad exhib. l.* 66. *ff. de judiciis.* §. *ſi quis agens.* J. *de Action.* niſi quod & de Reo uſurpatur, *l.* 12. *ff de Except.* nimirum in præjudiciis, ubi ex Reo fit Actor. Pro *intentionem peragere* etiam dicitur, *intentionem vertere*, *apud Aggen. & Auctorem de Limit.* item *intentionem ſopire*, in *Novel. Theodoſii & Valentiniani.* Con-

tarium eſt *locorum intentione pellere*, quomodo loquitur *Symmachus lib. 4. ep. 69.* Malè itaque *Juretus ad Symm. d. l.* intentionem, detentionem interpretatur.

XXVI. Præterea paulo accuratiùs expendantur voces *Improbi* & *Invidiam* [e], quæ valde ſunt emphaticæ ac ſignificantes. Et quemadmodum h. l. iniqui petitores, ita *l. 5. C. Theod. de Denunciat. vel edit. reſcript.* injuſti pervaſores finium ſeu agrorum, improbi vocantur. Similiter litigator improbus dicitur *l. 2. § quòd ſi Actor. C. de jurejur. propter calum. § 2. verſ. hæc autem. I. de pœn. tem. litig.* & poſſeſſio improba *l. 7. C. de acquir. & retin. poſſeſſ.* quæ ſc. firmum titulum poſſidenti præſtare nullum poteſt. *Juvenalis Satyr. 16.*

——— ——— Convallem ruris aviti
Improbus, aut campum mihi ſi vicinus ademit.

Hic improbus intelligendus eſt vicinus ille, qui probus non eſt, ſeu non prohibens manus ſuas ab alie-

alieno. Vid. *Becm. de Orig. Lat. Ling. p.m.*517. Nam, ſecundùm illud *Heſiodi*, πῆμα κακὸς γείτων, improbus vicinus damnum infert. Improbus autem vicinus plerumque etiam invidus eſt, ſive invidet vicini prædii Domino;

Vicinumq; pecus grandius uber habet, h. e. habere videtur invido vicino. *Invidentian* enim *eſſe dicunt ægritudinem ſuſceptam propter alterius res ſecundas*, *Cic. lib.* 4. *Tuſc. Quæſt. p.m.* 411. ideoq;

Invidus alterius rebus macreſcit opimis. Vulgo notũ proverbium eſt καὶ γείτονι γείτων, ſubintellige φθονέει. *Symmachus*, qui tempore Valentiniani noſtri vixit, *lib.* 2. *epiſt.* 30. inter alia ita loquitur de Probo: *in præjudicium vel invidiam poſſeßionis meæ parvi agelluli retentione receßit.* Et *lib.* 4. *ep.* 72, ubi agitur de finali quæſtione: *error ſuggerentis retectus eam pignoris mei* (de quo ſcilicet limitum, ut ibidem indicatur, certatio fuit) *exemit invidiam.*

XXVII. Sequitur in textu: *ſi Veteribus &c. Signis &c.* [f] Quem vero

ſicu-

ſiculum non nihil obſcurat confuſio ac μετάθεσις horum verborum: *Si veteribus finem cum ſignis limes incluſus congruum eruditâ arte præſtiterit.* Verùm commodè hæc ita reſtitui & conſtrui poſſunt: *Si limes cum veteribus ſignis incluſus finem congruum eruditâ arte præſtiterit.* Vetera autem ſigna ſunt ſigna terminalia, ſeu formæ, publicæ nempe (privatarum enim nulla erat auctoritas, nulla obligatio) quibus agrorum aſſignatorum, & per centurias diviſorum termini dignoſcebantur. Nam loca & centuriæ militibus, aut veteranis, vel civibus aſſignabantur, ut *Hygenus de Limitib.* atteſtatur. Et JCtus *l.* 16. *in fin. ff. de Acq. R. D agrum*, inquit, *mancaptum* (mancupatum) *limitatum fuiſſe, ut ſciretur, quid cuiq; datum eſſet, quid veniſſet, quid in publico relictum eſſet.* *Ovid.* 1. *Metam. fab.* 4.

Cautus humum longo ſignavit limite menſor.

Horũ veterum (al. vetorum) ſignorum mentio fit 16. *q.* 3. *c.* 6. quod cap. extat in concilio Hiſpalenſi 2. c. 2. Papinianus *l.* 11. *ff. fin. reg.* itidem provo-

cat

cat in finalibus quæſtionibus ad vetera monumenta. Conſulantur Scriptores finium regandorum, & *Caſſiodor. 3. Variar. 52.* Ex quibus conſtat, *aut terminis* (lapidibus puta, quos *Hieronymus de Monte de Fin. reg. c. 17.* elegantanter judices vocat) *aut jugis montium, aut fluminum ripis, aut arcaturis*, aliisq; ſignis agros olim diſtinctos ac definitos fuiſſe. *Hygenus* agros finit terminis, arboribus, ſuperciliis (hæc quid ſint vide num. ſeq.) vepribus, foſſis. Et quâmvis formæ, quibus agri ſignabantur, una eademque res eſſent, ab aliis tamen perticæ, ab aliis centuriationes, ab aliis metationes, ab aliis limitationes, ab aliis cancellationes, ab aliis typi, ab aliis aliter appellabantur. Agrorum etiam alii dicebantur ſtrigati, qui à ſeptentrione in meridiem decurrebant: alii ſcannati, qui decreſcebant ab occidente in orientem: in longitudinem enim agri limitati erant per ſtrigas, in latitudinem per ſcanna, *Hier. de Monte de Fin. reg. c. 10. & 15.* Vid. *Sic. Flacc. lib. 1. de*

con-

condit. agrorum. Qui etiam arborum finalium meminit; nec non æne-arum tabularum, (add. *l. 8. ff. ad L. Jul. pecul.*) quibus ad perpetuam rei memoriam, & præſcindendam inpoſterum omnem litigandi de finibus anſam, inſcribi ſive inſculpi conſuevit: *datum, adſignatum illi tantum, redditum, commutatum proſuo, redditum veteri poſſeſſori*: vel ita: *illi & illi tot ſylvas & paſcua, jugera tot*: vel ſecundùm *Hygen. lib. 1. de Limit. Data, adſignata, conceſſa, excepta, reddita, commutata pro ſuo veteri poſſeſſori &c.* Idem *Hygenus lib. 2.* & hoc monet, in ære, i. e. in formis non tantùm certum modum, (qui tamen non ſemper æqualis erat; quia ſecundùm militiam, ut *Siculus* ait, i. e. merita militiæ dabatur) adſcriptum aut notatum; ſed & extremam lineam uniuscujusque modi comprehenſam fuiſſe. Quæ verò de agris aſſignatis dicta ſunt, de agris occupatoriis, & arcifiniis, quos Victor populus occupaverat, accipi non debent: in his enim, *Siculo* teſte, nullum æs fuit, nulla

forma: quia miles non ex menſuris modum accepit, ſed quod aut excoluit, aut ſpe colendi occupavit. Aliquando ita conſtitutum, ut Loca abſentium ſqualida, & ſitu diſſimulationis horrentia, Veteranis excercere, etſi non occupare jure liceret, *l.* 11. *C. Th. de Veteranis.* Vid. *Briſſon. in ſelect. ex jure civ. Antiquitat. l.* 4. *c.* 5. & *Cujac. obſervat. l.* 10. *c.* 2.

XXIIX. Poſtea cum ſignis limes incluſus dicitur, & *finem congruum*, i.e. loco convenientem & aptum, *eruditâ arte præſtare* [g]. Sic *Aggenus* ait: *dumq; rivus ille limite includitur.* Contra *ager extraclusſus* Frontino dicitur. Ab *Aggeno* propterea hæc loca, quòd aſſignata non ſint, *relicta* appellantur, *& extraclusa*; quòd extra limitum ordinationes ſint, & tamen fine claudantur. *Frontin*[9]: quicquid inter quatuor limites minus quàm *interclusum* eſt, fuerit aſſignatum, in hac (*ſubſecivorum*) remanet appellatione: ideo quòd is modus, qui aſſignationi ſupereſt, lineâ claudatur, & ſubſecetur. Vid. *Jac. Gothofred; ad hanc*

L. §.

L. §. 11. & 12. Differunt autem accuratè loquendo interclusa à subſecivis, quòd hæc ſint loca non asſignata, quæ non potuêre explere centurias; illa ſint centuriæ vacuæ relictæ, quæ non ceciderunt in aſſignationem. Ut itaque limes congruus præſtetur, i.e. conſtituatur, erudita ars, agrimenſoria nempe, ſeu peritia menſoris, uti ab *Aggeno* vocatur, accedat, & rem omnem dirigat oportet, ſecundùm veterem arbitrii formulam, quam ex *Cic. 1. de LL.* colligere poſſumus talem: *requiri placere terminos, quos Socrates pepigerit, iiſq; parêre.* *Aggen. Vrbicus* ita ſcribit: *Secundùm ſigna in formis nominata locus, quicunq; erat, reſtituatur, aut artificio ſignorum loca requirantur; ſi erunt, ut frequenter evenit, turbata, docere nos angulorum poſitiones poterunt, ſic erit ut & artis ſinceritas ſervetur, & ordo veteris aſſignationis non prætermittatur.* Agrimenſores enim, qui ab eodem *Aggeno Artifices*, & eadem hac lege *artis periti* nominantur, iſtarum rerum omnium, ponendorum ſcilicet internoſcen-

dorumq; ſignorum, ac limitum, ὁμι-γνώμονες eſſe debent, judice *Platone* 8. *de Legib.* Et *Caßiodorus* 3. *Var.* 52. *quapropter*, ait, *agrimenſorem peritißimum, cui ab arte nomen eſt, veſtra nihilominus adhibeat magnitudo.* Item: *Videant artis hujus periti, &c.* Item: *Judex eſt utiq;* (Agrimenſor) *artis ſuæ &c.* Add. *Gothofr. d. l.* §. 13. & 14. Neque de terminis ac finibus tantùm arbitrium ſuum interponunt eruditi Agrimenſores, per *l.* 8. *ff. fin. reg. l.* 44. *ff. de recept. qui arbit*: ſed & de multis aliis rebus, ad rem agrariam ſpectantibus, v. g. de Rigore. Quæ controverſia de Rigore ferè eadem eſt cum controverſia finali: utraque enim lege Maniliâ continetur, & in utraque de 5. PP. latitudine agitur; niſi quòd in controverſia de Rigore quæſtio quoq; eſt de majori latitudine. Eſt autem Rigor tractus rectus, ſeu εὐθυωρία, quâ agri diſterminantur, ſive quicquid in medio lineæ rectum perſpicitur. Rigori contrarius eſt flexus ſeu curvatura, qualis eſſe ſolet in arcifiniis agris:

alio

alto nomine Rigor & Supercilium dicitur, ſeu locus editus, intra tamen 50. pedum latitudinem; alioquin eſt collis. Etiam ad Artifices Gromaticos, ſeu Agrimenſores aliquando defertur controverſia de Proprietate: quatenus in illa nempe termini ſunt obſervandi, *l. pen. ff. fin. reg.* quanquam hìc plus poteſtatis habet jus ordinarium, quàm ars menſoria, uti *Vrbicus* cenſet. Ad eosdem pertinet controverſia de Alluvione: cùm ſcilicet quæritur, cui agro occupatorio (aſſignatus enim ager neque alluvione neque inſulâ augetur, *l. 16. ff. de acq. rer. dom. l. 1. § ſi inſula. ff. de fluminib.*) cui agro inquam illa cedat: necnon controverſia de jure Territorii; in cauſa videlicet Tributorum, quæ certis territoriis indicuntur, *l. 4. §. is verò ff. de cenſ.* ut & controverſia de locis publicis, quæ intervertere conantur privati; de locis ſacris, eorumque modo; de aqua pluvia, quæ fortè rivum fecit intra agros confines, unde limites dirigendos eſſe quis calumniatur, neglecto termino anti-

quo; de itineribus deniq; in agris maximè aſſignatis, per quos populo iter conceditur, colonicâ lege, *Cujac. Obſervat. lib.* 10. *cap.* 2. Hæc præcipua Agrimenſorum munia erant; quæ tamen gratis non obibant. Ita enim *Theodoſius & Valentinianus in Novella: Agrimenſor pro laborum viciſsitudine, ſi limitem direxerit, volumus ut per ſingulas poſſeſsionis uncias ſingulos aureos accipiat pro intentione, quæ inter partes ſopietur.*

XXIX. Non omittenda etiam eſt vox *otij* [h], quæ ruris quietam poſſeſſionem, uſum, imò & ſeceſſum denotare ſolet. *Symmachus ad Ruffinum ep.* 82. *lib.* 3. *eſt otium*, inquit, *ad verborum copiam nimis commodum. Nam ruri ſum, nec tamen ruſticor.* Tantùm *de ripa Tiberis* (*nam per fines meos fluvius elabitur*) *onuſta ſpecto navigia.* Et *ep.* 5. *lib.* 10. *Vt eſt morborum ferax otium, denuo me pedum vinxit dolor, dum quieti ruris indulgeo.* Eodem ferè ſenſu legitur hæc vox apud *Cicer. de Leg. Agrar.* & *pro Seſt.* quem vide.

XXX. Jure denique hoc jurgium

diſcin-

diſcingendum, & quidem [1] *ſub fideli arbitratione*, præcipiunt Imperatores. *Diſcingere* idem eſt quod diſcutere, ac dijudicare. Ita cauſa, lites & negotia dicuntur diſcingi *l*. 2. *C. Theod. Quor. Appellat. l*. 2. *C. Th. de off. Rector. Provin.* & *l*. 64. *C. Th. de Appellat. Fidelis* autem arbitratio *l*. 1. *C. Th. h. tit.* fidelis inſpectio, & communiter inſpectio ocularis dicitur; quæ ex fide terminorum (per quos juxta *Ang*. & *Jas*. finium memoria conſervatur, ſimiliter ac hominū memoria per ſepulchrū, referente *Hieron. de Monte de Fin. reg.* 6. 21.) fidem nobis facit, quæque ideo JCtis evidentia facti appellatur.

Nam quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus (quibus verbis *Horat: de arte Poët.* utitur) innoteſcunt, palàm, ac notoria fiunt. Eodem enim Poëtâ teſte,

— ———— *Certior aure*
Arbiter eſt oculus. Et *oculis uti*, *Plauto* eſt rectè videre, ſeu videndo nō falli, *Epid. Act*. 1. *ſc*. 1. *v*. 4. ὀπτίων γὰρ πιστότεροι ὀφθαλμοί. Quamvis interdum etiam (in factis ſcilicet antiquioribus) teſtis de auditu, nec non de

 audi-

auditu auditùs, jusjurandum interpo-nens audiatur, V. *Mynſing. cent. 6. obſ. 26.* Sed philologandum eſt paucis: nam omnino haud placet. Plura qui deſiderat, adeat *Jac. Gothofredum in Gloſſa-rio, & Commentario ad hanc legem.*

XXXI. His ita præmiſſis, ac præmonitis, en tibi perbrevem hujus noſtræ Legis *paraphraſin*, ac *ſummam*. Quinq; pedum ſpatium à Legib⁹ Ma-miliâ & XII. olim præſcriptum ac determinatum, ampliùs non attendatur: ſed tam de finibus, quàm de locis extra fines, inpoſterum quævis legitima quæſtio, ſive actio, intendatur; & quidem liberè, ſine metu quinquepedalis præſcriptionis. Quapropter hæc tantùm agrariis legibus, & in univerſum omnibus legitimis actionibus opponatur exceptio, quâ repellatur invidus & injuſtus Actor: ſi ſcilicet ars agrimenſoria ex antiquis ſignis verum & loco convenientem limitem demonſtret, arguatq;, reo jus retentionis eſſe, *c. inter memoratos*, 16. *q.* 3. Neq; verò quiſquam præſcriptione pro-

prolixioris temporis in his talibus ſe tueri poteſt, aſſerendo, ſe alienum agrum diu & quietè poſſediſſe, coluiſſe, atq; ideo fines ſeu terminos uſucepiſſe. Sed tota hæc controverſia deinceps ſolo jure, non poſſeſſione, quæ facti eſt, dirimatur; & quidem committatur peritis Menſoribus, qui fideliter omnia arbitrentur per ocularem inſpectionem, *l. 8. in fin ff. fin regund. Finitorem*, i. e. Agrimenſorem, *mittant*, inquit *Cic. de lege Agrar. ratum ſit, quod finitor uni illi, à quo miſſus erit, renunciavit.*

XXXII. Nimirum finge, Neotheriũ conſuluiſſe *Impp.* de hujusmodi *facti ſpecie.* Inter fundum Titij & fundum Sempronii erat ſpatiũ, ſive iter terminale ſeptem pedũ, ex quibus duos pervaſerat Sempronius. Finium regundorum agebat Titius ad hoc, ut fines, qui olim 7. pedum erant, in priſtinum ſtatum reſtituerentur. Opponebat Sempronius 1. Exceptionem non competentis actionis: fines nempe pervaſos non eſſe, ſed ſupereſſe legitimum

ſpatium quinque pedum: 2. Exceptionem prolixioris temporis, ſe ſcilicet duos illos pedes controverſos diuturnâ poſſeſſione jam uſucepiſſe. Reſcripſerunt Imperatores: Quanquam antiquitus lege XII. quinque tantùm pedes loco finium fuêre præſtituti; id ſpatii tamen hodiè adeò ſtrictè obſervari non debet; ſed vel majus, vel minus eſſe poteſt. Neque temporalis præſcriptio hìc quicquam operatur: cùm non æquè in finibus locum habeat, atque in fundo ipſo. Quare jubemus Arbitros & Menſores venire in rem præſentem, & ex antiquis monumentis, lapidibus, aliisve ſignis, ſecundùm normam artis gromaticæ, totum hoc litigium terminare. Paulo aliter caſum figurat *Catus in d. Repetit. ad hanc L. n.* 10. quem inſpiciat, qui cupit.

XXXIII. Oppidò igitur (quod pace tantorum JCtorum dixerim) falluntur, qui per *L. pen. C. fin. reg.* præſcriptionem longi temporis, ſeu exceptionem uſucapionis ſummotam, ſive

ſive abolitam, & abrogatam eſſe arbitrantur. Quorum in numero familiam quaſi ducit *Alciatus d. lib. de quinq. ped. præſcript.* § 70. 71. 73. quem latè refutat *Lud. Catus in d. Repet. ad h. L. quinq. pedum*: ubi inter alia *abſurdiſſimum* eſſe ait ac *prope ridiculum, quo nunquam abſurdius aut dictum quicquam, aut auditum, nuſpiam dictum & cogitatum*; imò *ineptiſſimum dicendi modum, quo nunquam uſi ſint* JCti, appellare non dubitat; quòd *Alciatus* præſcriptionem interpretatus eſt exceptionem uſucapionis, *num 25. & ſeqq.* In eadem hæreſi & *Pacius* eſt, quam ut aſtruat, verba illa, *præſcriptione ſummotâ*, parentheſi includit. Vid. *Pac. in Analyſ. Cod. ad Tit:39. lib.3. nũ.10.*

XXXIV. Verùm enimverò quid primò opus fuiſſet conſulere Imperatores de eo, quod erat certi & indubitati juris? Lex ſemper ſancita intelligitur de re aliqua dubitabili, *l. 9. ff. de Carb. Edict.* jam autem Legib. XII. & Mamiliâ uſucapio quinque pedum dudum prohibita erat, atque interdicta. Quorſum igitur Lex noſtra? nonne ſupervacua ſunt reſecanda? §. *quibus. de*

novo *novo*

novo Cod. fac. arg. l. 2. ff. de J. & F. ignor. Ne nunc dicam, JCtos, vel Imperatores, quoties legem XII. aliasq; leges antiquas, nō mutatas, ſed confirmatas volunt, diſertis verbis id indicare conſveviſſe. Vid. *l.* 14. C. *de Legit. hæredib. l.* 120. *ff. de V. S. l.* 1. *in princ. ff. ad Leg. Falcid*; *l.* 12. *ff. de Teſtament.* *Deinde* ſi in hac lege agitur de præſcriptione temporis ſummovendâ, ſequitur, intētioni de Loco (quæ ſecundùm hanc Legem itidem liberè peragitur) eam quoque opponi non poſſe. Quod tamen hìc tradi nemo facilè conceſſerit. Nam quod in tranſitu hìc notandum eſt, delineationis 5. pedum ſummotio, ſeu exceptio ſummotæ delineationis 5. pedum, locum etiam habet in jurgio locali. Eſto caſus: Titius petit locum rei vindicatione, ſuum eſſe ait, & à Sempronio poſſideri, vel potius detineri. Sempronius excipit, ſe non poſſidere pro ſuo, ſed eſſe ſpatium finale. Titius negat, & de quo quæritur, aliquid amplius eſſe contendit ſpatio legitimo 5. pedum. Sempronius inſtat, quinque pedes

ſum-

ſummotos ac ſublatos eſſe, ita ut vel majus vel minus ſpatium hodie eſſe poſſit, pro agrorum qualitate. Cæterùm quin locus extra confinium conſideratus, ſeu fundus ipſe, uſucapi poſſit, nemo ſanus in dubium vocabit. Cùm etiam fundus unà cum finibus poſſit uſucapi, *l. ult. C. fin. reg.* & *Brunneman.* ad eandem legem. Præterea in lege integra, quæ habetur in Codice Theodoſ. præſcriptio ſeu determinatio 5. pedum expreſsè diſtinguitur à præſcriptione temporis, ſeu uſucapione. Initiò enim dicitur: *quinq; pedum Præſcriptione ſummotâ*; & paulo poſt: *nec verò prolixioris temporis, in hujusmodi, locum habebit ulla præſcriptio.* Ex ſeparatis autem nihil concluditur, *l. 20. ff. de minor.* & à deſcriptione ſpatii quinquepedalis ad præſcriptionom temporis argumentatio non procedit. *Deinde* præſcriptionem, quando ſignificat exceptionem temporis, nuſpiam in jure abſolutè poni, ſed addi vel *temporis*, vel *temporalem*, vel *longæ poſſeſſionis*, obſervârunt *Parlador.* lib. 1. *rerum quotidian.* §. 1. *n.* 9. & *Turamin. ad l.* 10.

D *ff. de*

ff. de jure Fiſci. Exempla paſſim occurrunt, ut in *l. longa poſſeſſ. l. reſcriptis. l. ſi Creditor. ff. de diverſ. & temp. praſcr. l. 1. C. de ſerv. fug. l. ſi vi. 3. C. de his quæ vi & met. cauſa. l. mora. 26. C. de rei vindic.* & alibi. *Poſtremò* ita argumentor: fines vel certi ſunt, vel incerti. Si certi; finiũ regundorum agi nequit, *l. 4. § fin. ff. fin. reg.* ſin incerti; neque poſſideri, neq; uſucapi poſſunt, *l. 3. §. incertam, 2. & l. 26. ff. de acquir. poſſ.* Confer, quæ habet *Catus d. l. n. 4. 5. 6.*

XXXV. Neque audiendus eſt *Guido Pancirolus*, JCtus aliàs eleganter doctus, *Theſ. var. lect. l. 2. c. 197.* qui ſecutus auctoritatem *Junij Niphij lib. de menſur. ad Beneſtum*, comminiſcitur, aliam olim fuiſſe præſcriptionem finium, aliam locorum: quæ differentia poſtmodum confuſa & ſublata ſit hac lege; ita ut hodie eodem modo ac tempore tam fines, quàm loca extra fines, præſcribantur. Sanè contrarium patet ex lege XII. Tabularum, ſecundùm quam fines nullo modo vel tempore uſucapi potuérunt. Ubi itaq; lex non diſtinguit, nec noſtrum erit diſtinguere.

Hui-

Huic explicationi quoque tota lex 5. pedum obſtat: quam idem Pancirolus ex *Jul. Frontino* citat; cùm tamen ex Codice Theodoſiano citare debuiſſet. Id quod inſulſiſſimè factum clamat *Jac. Gothofredus in Comment. ad hanc L. circa fin.* Atque hæc noviſſima Panciroli opinio eſt, quam cum priore ſententia, non multùm abludente à vero, commutavit. Nam, *ego quandoq;*, inquit, *exiſtimavi, hanc legem velle, ut libera finium quæſtio terminetur, ut veri fines cognoſcantur, rejectâ 5. pedum exceptione &c.* Quæ verba nihil abſurdi involvunt, & certiſſimo argumento ſunt, non ſemper cogitationes poſteriores, quod ajunt, meliores eſſe.

XXXVI. Multò minus ad rem loquitur *Petrus Crinitus de Honeſtâ diſciplina l. 25. c.* 4. (modó ita intelligendus eſt, uti intelligendum eum putat *Alciatus*: obſcuritate enim locus iſte non vocat) qui exiſtimat hac l. 5. PP. corcorrigi ac tolli *legem* Solonis, vel Caji, *ult. ff. fin. reg.* Hæc namque diverſiſſima ſunt: quinque pedes radicibus arborum relinquere; & ſpatium quinque

que pedum, ſive illud arbor, ſive lapis, ſive alius terminus metiatur, prædiis ruſticis præfinire, planè alium in finem. Præterea cur tantùm de quinque pedibus hìc ſtatuerent Imperatores? Nonne in lege Caji JCti aliæ etiam ex lege Solonis memorantur præſcriptiones, ſeu limitationes; muri ſcilicet, domûs, putei, oleæ, ficûs? Sequeretur enim, cùm lex 5. PP. correctoria ſit (uti ex vocula hac, *ſummotâ*, conſtat) in reliquis dictæ legis ultimæ præſcriptionibus nihil mutatum eſſe, ſed jura illibata manere, per *l. 32. §. fin. C. de Appellat.* Et tamē ſæpe dicta lex ult. neq; in ruſticis, neq; in urbanis prędiis ampli⁹ obſervatur, *Brunneman. ad d. l. ult. n. 3.* Certè, judice Alciato, *non eſt bonus juris Interpres Crinitus*, ſed *conſultiùs facturus fuiſſet, ſi intra ſtudiorum humanitatis cancellos conſtitiſſet, memor illius ſenarioli:*

Quam quisq; nôrit artem, in hac ſe exerceat.

XXXVII. Omnium futiliſſima eſt *Gloſſa* (neque enim cum *Raphaële Fulgoſio*, Anteceſſore Patavino, Gloſſatores pro Evangeliſtis adoramus) quæ

calum

caſum legis noſtræ ita format: *de minori ſpatio 5. pedum olim non agebatur: hodiè per hanc legem illud tollitur; quia de minori ſpatio agi poteſt, non obſtante exceptione 5. pedum &c.* ac tale præmittit legis argumentum: *etiam pro modica occupatione, & pro vili ceſpite terræ, redditur judicium finium regundorum.* Verùm olim non fuiſſe de 5 PP. judicium, mera Interpretum divinatio eſt, nullis rationibus & legibus ſubnixa. *Iſidorus*, malus Latinitatis Auctor, uti Alciato cluit, fortè ſententiæ huic erroneæ anſam præbuit, qui *l. 5. Orig. c. 25. finium regundorum*, inquit, *actio dicta eò, quòd per eam regantur fines, utriq; ne diſſipentur: dummodo non anguſtiore 5. PP. loco ea controverſia ſit.* Contrarium docetur in *d. l. ult. ff. fin. reg.* nimirum non novem tantùm & quinque pedes, ſed & duos, imò unicum pedem, in actione finium regundorum olim obſervari debuiſſe. Quid? quòd non hodie ſolùm, ſed & olim actio dabatur de minima glande, ſeu fructu, *l. un. ff. de glan. leg.* de piſce, §. *fera* 14. de columba, §. *pavonum.* 17. de gallina & anſere, §. *gallinarum*

18 *Inſt. de R. D.* de minimo etiam damno, *l. 22 ff. de dam inf.* Nec video, cur ratio, quæ movit Antiquos, ne de re modica lites admitterent, non duràrit Cæſarum memoriâ: cùm æquè tunc temporis ſpatium 5. pedum modicum quid eſſe vel cenſeri debuerit, atque olim. Sed reverà modicum quid non fuit: quin potius tota actio finium regundorum, quanta quanta fuit de finibus, i. e. quinque pedibus, ultra quos confinium olim ſe non extendebat. Non quidem datur reſtitutio propter minimam rem; ſed intellige, quoties majori præjudicium fit, *l. 4. ff. de in integ. Reſtit.* Tum quoq;, uti cautè monet *Catus d. l. n. 2.* ferè ſemper Lex, cùm de modico tractat, pro quo non detur actio, potius perfunctoriè tractat, & per modum quaſi declarationis, non autem ex profeſſo. Vid. *l. 1 §. proinde. ff. de ædil. edict. l. 15. §. quaſtionẽ 41. ff. de injur. l. 12. ff. de impenſ. in res dot. l. 5. §. 14. ff. de agnoſc. & alend. lib.* Hæc verò lex noſtra ad id, quod intendit, præcipuè videtur facta. Neque obſtat *l. 9. §. ult. ff. de dol. malo*: quandoquidem actio doli extraordinaria eſt,

Digitized by Google

& famoſa; ideoque ad alios casûs non producenda, *l. 14. ff. de LL.* Adhæc ſpacium 5. pedum non eſt res adeò vilis; cùm ex qualitate loci, & communitate vicini, pretium plerumque intendatur, *Alciat. d. l.* §. 7. Res etiam, utut minima, pauperi interdum majoris eſſe poteſt, quàm diviti ingens ſumma; & parvæ res, ſi de juſtitia agatur, magnæ ſunt, uti cum *Auguſt. lib. 4. de Doctr. Chriſt. c. 16.* loquitur *Steph. Nathen*, aliàs *Spornmacher* dictus, *de juſt. vuln. part. 2. tit. 2. c. 6. n. 1.* quippe juſtitia ſuum cuique tribuens non diſtinguit inter magnum & modicum, ſicut ex *Valaſci c. 40. praxeos partitionum n. 4. & 5. tradit* idem *Steph. Nathen d. l.* Atque ea propter *Andr. Tiraquellus* integrum tractatum fecit *de judicio in rebus exiguis ferendo*, qui operum Tiraquellianorum *tom. 5* habetur.

XXXVIII. Rectiùs omnino ſtatuunt, qui hìc per præſcriptionem intelligendam putant Exceptionem ſpatij quinque pedum: quòd ſcilicet, eâ non obſtante, veri fines, quanti quanti etiã ſint, debeant cuſtodiri. Quam expli-

cationem plerique amplectuntur, etiam inter alios *B. Dn. D. Hahnius in Obſervat. ad hunc tit.* & *Ampl. Dn. D. Strauchius, in d. Lect. Curſoria*, quæ lucem nondum vidit. Atque hæc ſententia non differt ab illa, quam in præſenti defendimus, niſi interpretandi modo: vel ſi differunt invicem, differunt ut Jus, & Juris effectus. Differentia autem tanta non eſt, ut ſenſum legis noſtræ pervertat. Unde utramq; opinionem, tanquam veriſimilem, conjungit Magnif. *Dn. D. Struvius in Syntagm. jur. Civ. loco cit.* noſtram tamen omnium commodiſſimam & ſimpliciſſimam vocat. Vid. ſupra *num.* XIII. *&* XXII. Aſſentiur *Catus d. num.* 40. & *Viglius in Diſputat.* quam inſtituit cum Præceptore ſuo *Alciato*, *d. lib. Alc. de 5. Pr. præſcript. p.* 516. *lin.* 45. *ſeqq.* Conſentit etiam *Franckius in Comment. ff. & Jacob. Gothofredus in Comment. C. Th. ad h. l. §. ſunt ſcil. qui*; niſi quòd hic alteram ſententiam veram quidem, attamen in Præſcriptionis voce interpretanda erroneam eſſe cenſet. Imò ipſe *Alciatus Reſp. ad Vigl. Diſp.* veritate victus

non

non negat, Præſcriptionem accipi pro præfinitione: quin potius ingenuè fatetur, interpretationem Viglianam huic legi omnino abſonam, abſurdamve non eſſe. Deinde utramque tam ſuam, quàm Viglii illam, conatur conciliare; neque dubitat aſſerere, utrumq; ſenſum verum eſſe, ac generalibus (initialibus) legis noſtræ verbis comprehendi; ideoque ſuſpicatur, Tribonianum reliqua legis verba in Juſtiniani Codice reſpuiſſe, ut lex generaliter loquens utroque modo accipi poſſet.

XXXIX. Concludimus itaq;, ſpatium finale non ex menſura quinq; pedum, qui olim præſcripti, & Lege XII. definiti erant; ſed ex ſignis gromaticis cognoſci, & ab arbitrio Agrimenſorum pendére. *Hottomannus in Comment. 12. Tab. jubet*, inquit, *hac lex* (ſcilicet quinque pedum) *Arbitros in Finibus regendis non legitimè illud ſpatium requirere, ſed, uti commodum illis erit, fines regere.* Propter mutatam enim Reip. formam, & finium multiplicem diverſitatem, potiùs ſcrutandi ſunt veri

fines

fines ac termini, quàm ut vetus illud, ac legibus definitum, ſpatium ſuperſtitiosè inveſtigetur: utpote quod hodie poteſt eſſe majus, & minus. V. *Giphan. in Cod. ad h. l.* Atque hic verus vexatiſſimæ noſtræ legis & genuinus ſenſus eſt; neque alius commodior ſuppeditari poteſt, qui magis cum litera legis conveniat, & cum praxi forenſi ipſa. Neque enim credere quis debet, legem 5. PP. planè à foro exulare: qualis initio *Alciati* ſententia fuit, quam poſtea tamen mutavit. Vid. *Nic. Valla de Reb. Dub. tr. 8. n. 14. & 15.* De quo legis noſtræ uſu paucis adhuc ſumus acturi.

XL. Quemadmodum, annotante *Giphanio ad Cod. h. t.* in Legibus XII. & Mamiliâ; ita etiam in noſtra hac Lege 5. pedum, prout tota in Cod. Theodoſ. extat, *tria* potiſſimùm continentur, ſpatium nempe, Præſcriptio temporalis, & arbitramentum. Quod ad *primum* ſpectat, nemo in foro vel mediocriter verſatus ignorat, 5. pedes ſeu paſſum geometricum in confiniis non ampliùs attendi. Nam *termini* nunc

tem-

temporis vel ſunt *naturales*, ut rivi privati, *l. 6. ff. fin. reg.* colles, valles, ſaxa, inprimis magna, ſive inſignia, quæ in dubio confinia eſſe præſumuntur, *Bald. Conſ.* 420. *n.* 1. *verſ. pone ergo, vol.* 1. vel *artificiales*, ut lapides manu erecti, ſemitæ vicinales, *Mynſ. 6. obſ.* 25. *n.* 4. foſſæ, ædificia, arbores, *l. 2. pr. ff. h. t.* quas *Paulus lib.* 5 *ſent. tit.* 22. terminales vocat. Vid. *Oëttingerum in tract. de jure & controv. limit. lib.* 1 *c.* 18. Et quæ alia prædiorum ruſticorum (de urbanis enim hic quæſtio non eſt, *l.* 4. §. 10. *ff. h.*) vel & hortorum in urbe (*d. l.* 4. *ff. h.*) terminalia diſcrimina ex conſuetudine magis, quàm lege, poni ſolent, *Oëtting. d. tr. l. 2. c. 7. n.* 1. 2. Nihil igitur certi, ratione latitudinis ſpatii, hodie definitur, nedum quinque pedes præſcribuntur.

XLI. Quod ad *ſecundum* caput, præſcriptionem nempe temporalem, attinet, fines ut fines, reſpectu vicini (reſpectu enim tertij, & jure proprietatis, non finium, utique poſſunt præſcribi, *Mynſ. d. l.*) inpræſcriptibiles ſunt; ſi nempe certi ſunt, & apparent. Vid. *c. ſuper eo. X. de Parochiis. c. licet. c. inter. & c. qui-*

c. quicunq. 16. *q.* 3. Qui textus juris Canonici quanquam de Eccleſiaſticorum tantùm limitibus (quos Dionyſius Papa poſuit. *c. paſtoralis. de his quæ fiunt à Prælat. & c. Eccleſias.* 13 *q.* 1.) agere videntur; tamen & de aliis extra Eccleſiam limitibus, tam territorialibus, quàm vicinalibus, intelligenda ſunt; cùm nomina diæceſium, & provinciarum, promiſcuè ſumantur, *Gl. in c. quicunq*. 16. *q.* 3. & idem juris ſit in limitibus ſecularium, *Joann. Andr. alij Dd.* In agris limitaneis quoque adverſus milites præſcriptio non habet locum, *l. ult. C. de fundis limitroph. lib.* 11. De finibus autem quæ diximus, porrigi quoque debent ad ea, quæ finibus cohærent, *d. c. ſuper eo.* Sed quærat aliquis, cur finium præſcriptio prohibita ſit, & interdicta? Hujus rei non una ratio dari poteſt. Præterquam enim quòd inter confines quædam eſt finium communio, nec quiſpiam eorum ſolus ſuoque nomine, & bonâ fide poſſidet, *Mynſ. 6. obſerv.* 28. *n.* 2. videtur etiam ille, qui intra fines præſcriptos aliquid poſſidet, jure potius

me-

meræ facultatis, *l.* 2. *ff. de via publ. & itin.* & jure poti⁹ familiaritatis, *l.* 41. *ff. de acquir. vel omitt. poſſ.* quàm cum effectu poſſidere, ita ut præſcriptio non currat. Huc facit *l. ult.* C. *Th. fin. reg.* ubi Theodoſius Major generaliter conſtituit, & vult, in quæſtione finali ſine õni obſervatione tẽporis, ac præſcriptione judicari debere. Et *legis* 5 C. *Th. de Pactis* pars ſugitiva ita habet: *Fines etiam quos temeratos adſeverat, amotâ præſcriptione temporis, hi qui pervaſerunt, ut ratio juris eſt, redhibere cogantur.* Coincidit *l. un.* C. *Th. de actionib. certo temp. finiend.* Nic. *Valla d. tr. de reb. dub.* circa finem tale proponit exemplum: *Si deux voiſins avoient chacun dix arpens bornéz entre deux, & que l'un d'iceux euſt entrepris & outrepaſſé les dites bornes, plantè, labourè, & perceu des fruicts par trente, quarente, ou cinquante ans, d'un ſeillon ou deux, non obſtant icelle poſſeßion, chacun doit avoir & jouir de ce, qui luy appartient, ſuivant le reglement des dites bornes.* Verùm id jure noviſſimo eſt correctum: longi enim temporis quidem Præſcriptioni non obnoxii ſunt fines; præſcriptione tamen

mem

men 50. annorum omnis omnino quæſtio terminalis terminatur. Quod cautum eſt à Theodoſio Minore *l. 3. C. de Præſcript. 30. vel 40. ann.* ſecundùm quam legem omnes actiones mixtæ, qualis eſt finium regundorum, *§. quædam J. de Action.* præſcribuntur, *l. 7. C. de pet. hær.* Atque hanc ob cauſam Tribonianus *d. legem ult. C. Th.* tam enormiter interpolavit, ita ut nec pes, nec manus. Sed quoniam ita interpolata in Codicem Juſtinianéum congeſta eſt, legis habet auctoritatem, *l. 1. & 2. de vet. jure enucl.*

XLII. Ratione *tertij* legis noſtræ membri praxis fori docet, ad Arbitros ſeu Commiſſarios, & Agrimenſores, *l. 44. ff. de Recept. qui arbitr. l. 8. ff. fin. reg. l. 3. C. eod.* (an die Untergänger) plerumque jurgia hæc finalia deferri: qui non ſinguli ex lege Mamiliâ, neq; ſemper numero tres ex L. XII. Tab. (vid. *Cic. 1. de Leg.*) ſed pro qualitate cauſæ, & loci conſuetudine, (ſecundùm quam, & terminorum fidem, fines conſtare debent, cenſente *Sic. Flacco*) modò plures, modò pauciores, quinq; ſci-

ſcilicet, vel ſeptem, *Oëtting. d. tr. l. 2. c. 5. n.* 6. 7. 8. controverſos fines ſine ſtrepitu judicii, de ſimplici & plano cognoſcunt, *idem. l. 1. c. 16. n.* 9. oculis fidelibus ſubjiciunt, *id. l. 2. c.* 6. & ſecundùm præſcripta artis ſuæ procedunt, *idem ibid. c. 7.* ſic ut vel terminos, qui manifeſti ſunt, cuſtodire, vel, qui turbati & dubii ſunt, ad normam veterum monumentorum (der Saal- und Lägerbücher) *l. 11. ff. h.* aliorumque indiciorum, *c. cum cauſam X. de Probation.* dirigere, vel ſi nulli apparent, novos conſtituere, ſub fide juramenti (ſiquiden jurati artifices ſunt, *id. Oëting. ibid. c. 6.*) habeant neceſſe, *Mynſing. cent. 6. obſ. 27. n. 2. 3. 4. Agrimenſori enim finium lis orta committitur, ut contentionũ protervitas abſcindatur,* ait Rex Theodoricus apud *Caſſiodor. 3. varior. 52.* Vid. quæ dicta ſunt Num. XXIIX.

XLIII. Poſſem equidem pergere, & multò plura, quæ ad rem præſentem facerent, commentari; ſed modicè de modica 5. PP. menſura agere convenit,

Atq; ſuo ſe metiri modulo, ac pede verum eſt.

Quisquis autem modico hoc contentus non eſt, adeat Veteres illos à *Rigaltio* editos Agrimenſores, J. *Lipſium Electoru lib. 1. c. 15.* (ubi pulchras videbit L. Mamiliæ reliquias) *Hieronymum de Monte tract. de finib regundis. Aymar. Rivall. lib. 1. hiſtoriæ civilis, fol. 12.* citante *Barboſâ in collectan. ad Cod. hic. Charond. lib. 3.* πιθανῶν, ſeu veriſimilium, aliosq; ſupra allegatos ſcriptores.

Δόξα θεῷ τῷ ἀρίστῳ.

Tractatus Tertius
Juridico-Politicus.

A SUMMO

BENEVOLO LECTORI ſalutem.

HAſce obſervationes, inquas b. L. incidis, quaſq; benevolo adſpectu Tuo dignaris, ſanæ ſeu Ariſtotelicæ Philoſophiæ, nec non *Dn. à Felde primarum demonſtrationũ* ſeu *Elementorum Juris Univerſi pleraſq;* concluſiones eſſe, ipſe vides. Etenim ſcientia, *Philoſophô* 11. *Metaph.* 7. docente, vel Theoretica, vel Practica, vel Effectiva eſt. Et ſcientiæ Practicæ concluſiones, quando ſub pruden-

)(2 tiæ

tiæ habitum cadunt , ſyllogiſmorum practicorum majores eſſe, nomineque *obſervationum* venire ſolent. Ex quo fit, ut is, qui *σύνεσιν* & practicam ſcientiam habet,ipſumque demonſtrandi modum *ex poſt. anal. libris* callet , non eorum modò , quæ ab aliis obſervata ſunt, rationes ac cauſas inveſtigare , ſed & novas res ſeu obſervationes anteà incognitas ratiocinando deducere queat; ſiquidem *Σύνεσις Philoſopho* 6. *Eth.* habitus eſt, quô eorum rationes & cauſas inquirimus,quæ à prudētiâ (*ea ſive Llatoria, ſive alia 6. Eth. expoſita ſit*) ſunt profecta : Et ratiocinari eſt deducere incognitum ex cognito h. e. ex principiis (*quæ h. l. potiſſimùm ſunt Philoſophia Ariſtotelica , nec minùs ſupra memorata* Elementa *J.* U.) deducere. Inficias equidem ire nequeo, eum, cujus quavis in re obſervationes communem lucem & aſpectum ferre debent,

debent, prudentiâ; adeoque neceſſariò ἐμπειρίᾳ inſtructum eſſe debere: cùm (*per naturam prudentiæ*) duæ ejusdem eſſentiales *partes* 6. *Eth. mihi* 8. & ſcientia & ἐμπειρία ſint. Hanc autem nemo à docẽte, ſed proprio uſu per multos annos habet. Ut autem me expediam, dico, quod hìc ſenio ferè confecti ſuas obſervationes inductione & à poſteriori habeant; illi verò, de quibus σύνεσις, & qualiscunque ſcientia practica tantum dicitur, à priori. Quibus expoſitis, ſpero fore, ut benevolus Lector me Zoilis, Momis ac Sophiſtis excuſet, quod videlicet mihi non tantum ſumam, ut, ceu verè prudentes ſolent (*i. e. qui* ἐμπειρίαν *habent*) Principes ac Conſiliarios docere velim. Quod autem tenuia hæc mea deducta malevoli expoſituri ſint, per me liceat. Inter cætera enim exercitia Academica præſens quoque fuit.

Erant

Erant quidem viri Philoſophiâ, non dicam quâ, vulgò ſaltem conſpicui, qui cognitationes meas à veræ Philoſophiæ, nec non *Dn. à Felde Elementorum ſtudiô* abſtrahere, nullum non lapidem movebant: ego autem eorum rationes minùs, quàm alii, (*quibus Præceptorum autoritas pro ratione erat*) approbabam, tempus haud rectius locari ratus, quàm ſi inquirendo illius Philoſophiæ uſui impenderetur. Eapropter huic rei intentus eadem methodo, qua fideliſſimè informatus eram, me ipſum exercere volui, debui, præcipuos pandectarum titulos ex illis principiis, additis cujuſd. accuratis definitionibus, reſolvendo, ingens volumen de Conſiliario elaborando. Quib. juxta ingenii modulum ſimpliciſſimo ſeu philoſophicô ſtylô congeſtis, materiam de Bello & Fœderibus ſelegi; cujus capita: Quomodo Principes & Conſiliarii de Belli Juſtitia ac qualitate judicare poſſint: Quo-

Quomodo methodo Ariſtotelica bellica conſultatio ſuſcipiatur: Quodnam & Principum & Conſiliariorum officium ſit circa Ducem vulgò Feld-Herren / General, Præfectos &c. eligendos: Quænam Ducis natura, ſeu quid ille ſit: Quomodo ſuam autoritatem conſervare poſſit: Quomodo milites tractare debeat: Quibus argumentis militibus ſuis in prælium ituris animum addere queat: quibusque Conſiliarii inbello Principi ſuadendo vel disſvadendo,uti poſſint. In quibus uſus *lib. 1. Rhet. Ariſtot. cap.* 4. 5. 6. 7. *&* 9. monſtratur. Ejuſdem *Philoſophiæ*, nec non *Elementorum* uſum uberrimum *in Diſputatione pro gradu de Judice, ejuſque officio, & in ſpecie circa ſortis ejuſque acceſſionis ſolutionem* monſtravi. Quod autem materia de fœderibus levi brachio hic tractata (*quippe qui nulli non, qui eandem methodum amplectitur, lubens cedo*) in publicum prodeat, ipſeque operum

quo-

quorundam mentionem faciam, non hac fini fit, ut gloriam & laudem captem; ſed eò, ut ad idem præſtandum (*quod hic potiùs volui, quàm ſolidè conſtruere potui*) veri Juris N. ſtudioſis calcar & animum adderem. Qua de cauſa benevole Lector omnia boni conſulas, mihi faveas. Tibi me, meaq; ſtudia commendo. Vale, fave.

Monitum.

Cùm in operis calce ſpatium nullum ſuperſit: emendanda, quæ per transennam aſpexi, b. L. emendabit. pag. 51. lin. 15. poſt 24. legat IV. *p. 71. lin. 21. propoſitio quædam in exemplaris ora vulgò margine poſita, me abſente, omiſſa eſt. Mutetur igitur ejuſdem ratio ibid. omiſſô tamen.* Cùm, *ſic*: Emendandi igitur *pag.* 42. *lin.* 15. *circumſtantia — legat* circumſtantiæ.

§. I.

§. I.

Cùm maxima felicitatis humanæ pars ſvaviſſima vita extra periculum omne poſita ſit (*per definitionem lib.* I. *Rhet.* 5:), Indè nemo non naturâ ſtudet, ut & ipſe & res ſuæ in tuto ſint, vel eas conſequatur, quibus eget, vel amiſſas recuperet, vel eas retineat. Ut paucis includam, bonum aliquod obtineat. Etenim is, qui eget, dolorem aliquem ſentit; ſiquidem egere homines iis dicuntur, quæ appetunt, maximeque ſi eis ſine dolore carere nequeunt. *Ariſt.* 2. *Rhet.* 7. Quoniam autem nonnunquàm accidit, ut quis ſolus id bonum obtinere nequeat, quod ſibi parare, vel recuperare ſeu

vindicare intendit: hinc amici ope opus eſt, ita, ut cum eo indigens quaſi unum quoddam fiat, conſequenter ſocietatem ineat; quippe ſocietas in genere eſt quaſi unum quoddam ex quibuſdam, vel multis hominibus operatione ſua ad aliquod bonum tendentibus. Cùm verò & Principes & Reſpubl. boni alicujus obtinendi gratiâ nonnunquàm quaſi unum quoddam ſeu ſocii fieri ſoleant: Indè ea ſocietas dabitur, quæ *fœderis* nomine venit.

2. Hoc pro meo inſtituto hîc definire liceat, quod *ſit ſocietas, quâ Principes quidam, vel nonnullæ Reſpublicæ ad bonum aliquod obtinendum laborant.*

3. Qua definitione præmiſſâ, ſequentia paucis hic exponenda ſunt. (1) circumſtantia *quis*, ſeu, quis fœ-

dus

dus ferire poſſit. (2) *Quid* cum ſua *qualitate.* (3) *quomodo* (4) *quo tempore* (5) quodnam fœderatorum officium ſit. (6) quomodo fœdera ſolvantur.

4. Ad primum ſeu circumſtantiam *quis* cognoſcendam, nos hæc propoſitio ducet: *Qui cum aliquo fœdus inire vult, ejus conditionis eſſe debet, ut ſummam poteſtatem habeat in Republica, cujus ſaluti conſulit.* (q)

(q) Nam, uti conſultationes bellicæ ad illum ſpectant, qui habet τὸ κύριον in civitate: ita & fœdera, utpote negotia aliqua publica, ad eundem pertinent. Ea propter ſequitur hoc: Uti ſummus Magiſtratus in Republica: ita & in noſtro Imperio Romano-Germa-

nico noſter Imperator cum Electoribus ratione fœderum ſe habet. Handhabung des Landfriedens *Anno* 1495. *add. Aur. Bulla*: Noch einige Verbündniſſe oder Einigung mit frembden Nationen oder Gewälten machen / die dem Reich zu Schaden / Nachtheil und wieder ſeyn möchte. Add. *Capitulatio Cæſarea Ferdinandi art.* 7. ubi: Wir ſollen und wollen für uns ſelbſten als erwählter Römiſcher König in des Reichs Händeln / auch keine Bündniſſe oder Einigung mit frembden Nationen / noch ſonſt im Reich machen/wir haben denn zuvor die ſechs Chur-Fürſten deßhalben angelegene Wahlſtadt zu ziehmlicher Zeit erfordert / und Ihren Willen ſämbtlich / oder mehrentheils aus Ihren / und zwahr auf einer Collegial-Zuſammenkunfft/und nichts durch abſonderliche Erklärung (Es wäre dann das publica ſalus und utilitas eine mehrere Schleinigung erforderre) in ſolchen erlanget. Add. *noviſſ. capitul.* invictiſ-

ſimi

ſimi noſtri LEOPOLDI, ubi eſt, quòd nec hodie Imperator de rebus Imperii citra E.E. aut Statuum conſenſum cum extraneis fœdera inire poſſit. Videſis **Friderichen von Merden** *Lic.* in der Grundfeſte des Heil. Römiſchen Reichs Teutſcher Nation *pag.* 232. Ubi monita communia ad capitulationem futuram exhibita *Anno* 1658. 17. 27. *April. ad art.* 11. (1) Daß der zukünfftige Römiſche Käyſer das Reich in frembde Kriege nicht implicire. (2) Sich aller heim- und öffendlicher aſſiſtentz durch Uberlaß und Zuſchickung der Völcker eintzel oder Troppenweiß / in Compagnien / Regimentern / oder Armeen / oder einen auswertigen Partey gegen die ander / es geſchehe per directum, oder indirectum, ſo fern dem Reich daraus Schaden und Gefahr entſtehen kan / gäntzlichen enthalte. (3) Daß der künfftige Römiſche Käyſer ohne der Stände Conſens weder von des Reichs / noch ſeines Hauſes wegen einen

Krieg anfangen/ oder fürzunehmen geſtat-te. Et deliberationes de hiſce ſuſcipi-entes Conſiliarii ſunt. Nam ad princi-pis nutum ac voluntatem ſeu Prin-cipis juſſum ad conſultandum moven-tur: Sicuti enim prima intellectus pra-ctici pars (*Tr. meo de Conſiliario*) *deliberare* ſcil. à ſecunda utp. à *præcipere* impelli-tur ad deliberandum: ita & Conſiliarii à Principe. Etenim Princeps in ſua Re-publ. principium motûs eſt, ad cujus voluntatem unum alterumvè move-tur, modò voluntas recta, non erronea, ſive corrupta ſit add. *Elem. pag. de impru-dentia & cauſis corrumpentibus judicium in-tellectus practici* 78. add. *Philoſophum* 5. *Me-taph. de Principio cap.* 1.

5. *Nec Imperator ſolum Jus fœderum habet, ſed & Principes Germaniæ* (r) *& Civitates Imperiales liberæ,* (s) *ita,*

(s) *ita, ut vel Principes cum Principibus,* (t) *vel Civitates cum Civitatibus,* (u) *vel Principes cum Civitatibus fœdera nonnunquàm pangant.* (w)

(r) Intellige, quòd, quoad pacis publicæ & ſecuritatis cauſam, poſſint intra ſeſe cum exteris fœdera inire *Aur. Bull. tit.* 15. *Limn. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 28. & *tom.* 5. *in add. ad hunc num. pag.* 300. & *ſeq.* Hæc ſpecialis conceſſio poſteà in *Inſtrumento pacis* aucta & confirmata in ipſis *Ariſtotelicis* principiis fundata eſt. Quicunque enim ſocietatem quandam conſtituunt, i'li quaſi unum quoddam ſunt *per defin.* §. 1. *in fin. ferè.* Quic. ſic quaſi unum quoddam ſunt, illorum officium eſt conſultare & ſic operari, ut tales maneant, conſequenter amici. Ea propter hoc privilegium fundamenti locô *amicitiam* habet. Nam,

quic.quaſi unum quoddam ſunt ratione finis ſive boni obtinendi cauſâ, illi ſunt amici.h.l.pacis & ſecuritatis &c. ſeu alicujus felicitatis humanæ causâ. Hæc univerſalis propoſitio *in* 8. *Eth.* ſedem ſuam habet. Hinc ejuſmodi privilegiô conceſſô Principum Conſiliarii ex 1.*Rhet.* 5. ſic argumentantur: Quicquid facit ad partem felicitatis humanæ h. l. ad ſecuritatem & pacem obtinendam, de eo eſt conſultandum. E. de fœdere etiam. Enthymematis minor omiſſa probatur ex *d.* 1. *Rhet.* 5. *n.* 5. ubi amicorum copia, bonorumque amicitia felicitatis humanæ pars *it. n.* 4. *ſecuritas* talis habetur. Ex quibus fundamentis ſequitur, quare Principes accuratè tueri debeant conſtitutiones Imperiales, & ſeveriter coërcere omnes, cujuſc. ordinis, ſtatus aut conditionis pacem violantes ſint. *Warem. ab Eremb. n.* 230. 128. *Mynſing. cent.* 6. *Obſ.* 2. *n.* 4. Ex iiſdem fluit id, quod habet *Aut.* deß

Fröſch-

Fröſchmenſelers *part. 3. cap. 5. in fin.* Und wie ſonſt/ inquiens, an der feſten Ketten/ die Ringe fein ineinander tretten / daß einer den andern zeucht und hält/und keiner von andern entfält: So iſt ein Stand des andern Schutz. In tantum, per eadem Juris naturæ fundamenta, ut hoc privilegium Principes & Status Imperii habeant, ut non alios Status ſolùm in protectionem recipere, verùm etiam Statuum ſubjectos, ſeque abſque conſenſu & licentia Imperatoris in aliorum protectionem conferre poſſint. *Limn. lib. 4. cap. 8. n. 28. & 78. & tom. 5. in addit. hujus n. pag. 300. & ſeq.* Illud tamen quoad receptionem cum reſtrictione ac limitatione capiendum eſt, quod videlicet alienos ſubjectos in protectionem recipere non poſſint ſine prævio verorum Dominorum conſenſu *Receſſ. Imper. de Anno* 1548. §. als weyland. *Receſſ.* 1555. §. Es ſoll auch kein Stand. *Receſſ.* 1529. §. Wir auch Churfürſten. *In quo §. religionis* mentio fit.

(s) Civitates vulgò ſic dividi ſolent: in freye Reichs-Städte / in Fürſten-Städte / und in die jenigen / welche zum theil dem Reich ohne Mittel / zum theil Fürſten verwand und zugethan ſeyn / welche à principaliori Reichs-Städte genennet werden. Hæ, mixtum ſtatum habentes, Imperatorem, quoad regalia, ex cujus conceſſione ea habent, immediatè agnoſcunt; Electores verò vel Principes Imperii ratione territorii, in quibus ejuſmodi civitates ſitæ ſunt, recognoſcere ſolent. Fürſten-Städte dicuntur Ducales vel provinciales, neminem, niſi territorii Dominum recognoſcentes. Freye Reichs-Städte ſunt ſocietates, quæ Romano Imperio immediatè ſubjectæ, ejuſdem albo inſcriptæ ſunt, & ſeſſionem & votum deciſivum in Comitiis habent, ut cum reliquis Imperii Statibus ſalutem ejus promoveant *Inſtrum. pacis Cæſ. Svec. An.* 1648. *Art.* 8. *Dn.* Beliz *in Jeſea Juriſpubl. Tab.* 7. Erunt igitur per hanc Civitatum liberarum

Imperialiú naturam ſequentes affectiones, (1) quod neminem præter Cæſarem & Imperium ſuperiorem recognoſcant (2) quod in matriculam Imperii relatæ ſint *Gail. lib.* 1. *Obſ.* 21. *num.* 2. (3) quod ad Comitia vocentur, & in iis Jus ſuffragii habeant *Inſtrum. pac. d. l. Receſſ. Imper. de Anno* 1549. §. Wann auch (4) quod primam inſtantiam in Camera habeant *Gail. d. l. Obſ.* 1. *n.* 17. *per n.* 1. *hic.* Quæ Civitates vel Rhenanæ, vel Svevicæ ſunt. Hæ (*quas Dn. Belitz d. l. recenſet*) ſunt Regenſpurg / Nürnberg / Rottenburg an der Tauber / Weiſſenburg an Nordgau / Schwäbiſch- oder Tonawerth / Wintheim / Schweinfurt / Wimpfen / Heilbrunn / Schwäbiſchen Hall / Nörlingen / Dünckelſpiel / Ulm / Augſpurg / Gingen / Börſtingen / Achler / Schwäbiſchen Gemünde / Eßlingen / Reutlingen / Weill / Oſlendorff / Kauffbeüren / Uberlingen / Wangen / Yſen / Leutkirch / Memmingen / Goßlar / Thüringheim / Verden. Illæ verò nempè Rhenanæ ſunt Cölln an

am Rhein/ Aachen/ Straßburg / Lübeck / Hamburg / Kempten / Buchhorn / Ravensburg / Biberach / Lindaw / Koſtnitz / Keyſersberg / Colmar / Schlettſtädt / Rohtweil / Hagenaw / Weiſſenburg am Rhein/ Obernheim/ Roßheim / Speyer / Worms / Franckfurt am Mäyn / Friedberg / Wetzler / Offenburg / Landaw / Geurnbach/ Zoll am Heimersbach/ Dortmünd / Mülhauſen in Thüringen / Northauſen in Thüringen / Münſtereich in S. Gregorientahl / Herwerden / Cammerich. Vid. *Dn. Belitz d. l.* Cùm igitur hæ Civitates Imperii liberæ ImperiiStatus æquę ac Principes ſint, ſeu de iis non aliter, quàm de ipſo Principe judicandum ſit *Gail. lib. 2. Obſ. 57. n. 3. Matth. Stephani, Diſcurſ. Acad. Jurispubl. 9. th. 5:* & Principes (*per deductionem lit.* (r) *hic*) Jus fœderum tanquã privilegiũ habeant: Indè firma ſequela eſt, quod & hæ Civitates vel cum Principibus, vel inter ſe fœdus ferire queant; quæ propoſitio erat probanda. Add. *Matth. Steph. d. l. th. 3.*

(t) Prin-

(t) Principes confœderatos vel *natura*, vel *Lex*, vel *bonum honeſtum*, quale *religio* eſſe poteſt, facit. Natura eos confœderatos eſſe jubet, inter quos eſt naturalis amicitia. Etenim fœdus (*per def.* §. 2.) ſocietas eſt: & ſocietatis omnis fundamentum (*per Obſerv.* 5. *lit.* (r)) amicitia. Quare ſequitur, dari aliquod *fœdus naturale*. Hinc quot ſunt ſpecies amicitiæ naturalis, tot quoque fœdera naturalia ſunt h. e. quando conſcientia amicitiam naturalem foventes ad fœdus ineundum impellit, etiam ſine ſpeciali conſenſu. Naſcitur autem naturalis amicitia ex ſangvinis cognatione; cujus tres ſpecies *Ariſtoteli* 8. *Eth.* recenſentur; quarum (1) eſt, quæ dicitur paterna, inter parentes nempe & liberos (2) fraterna, inter fratres. (3) inter cognatos & agnatos. Hinc, uti agnati & cognati, vel potiùs fratres ad ſe invicem: ita & Principes ratione unius ejuſdemvè religionis (*Evangelicæ*) ad ſe invicem habent. Jam verò fra-

tres, ut cæteri, inter quos naturalis amicitia eſt, ſunt quaſi unum quoddam in uno, nempe in eo, ex quo originem ducunt, qui eorundem exiſtentiæ principium, utpote pater eſt. Vid. *Elem. pag.* 416. *ſeqq.* E. & Principes Chriſtiani (*analogicè dictum eſto*) *in Chriſto* convenientes fratrum ſocietatem & amicitiam imitantur. add. *Elem. pag. de amicitia perfecta, quam qui veri Chriſtiani ſunt in hac vita colere debent* 484. *pag. de Amore ſui, prout eum Chriſtianus definit* 485. 527. *pag. de ſuaviſſima & jucundiſſima Chriſtianorum vita quam in Jeſu Chriſto permutuam caritatem vivunt* 486. Quò major igitur *identitas naturalis* inter aliquos eſt, eô majus conſcientiæ imperium ad mutuum auxilium ferendum vi fœderis à natura confirmati, eſt, ita, ut non ſpecialis conventio, nec ſimilis vocatio requiratur, vel filio, vel patre, vel fratre, vel agnatô obſidione preſsô. Cùm igitur fœdera legitima ſpecialiter inita inter non naturales amicos fœdera naturalia, per anteà datum fundamen-

damentum *ex* 8. *Eth.* imitentur: & vi pacti ſeu legis fœderati mutuò operentur id, ad quod obligati ſunt: Ita & Magiſtratus atque pater erga ſubjectos iis adſiſtendo ſe gerit. Nam ſicuti naturalis amicitia civili amicitiæ præfertur: ita & Magiſtratus amor erga ſubjectos amoris effectum erga amicos lege ſeu conventione tales docet, cùm nempe Magiſtratus veretur, ne amico adſiſtendo ſibi ac ſubjectis majus malum obventurum ſit. Qua de re ulterius deducendâ paulò pòſt in ſpeciali *obſervatione* dicetur.

(u) Indè fœdus Anſaticum fuit der Hänſe Städte / partim ad præſtanda mutua commercia, partim ad mutua auxilia vide der vereinigten Hänſe Städte kurtze nohtwendige Verantwortung / *Arumeus ad Aur. Buq. diſc.* 6. *ad cap.* 15. *th.* 10. *Sprenger in Juriſpr. publ. pag.* 17. Dicuntur autem civitates Hanſaticæ ſive hanſee Städte quaſi die Handel Städte / vel See Anſee Städte / ſive an der See

ſitæ,

ſitæ, eò, quod maxima pars earum mari adjaceat. *Matthias Steph. d. l. th. 3. in fin.* Ex parte aliqua nonnullæ Civitates provinciales mixtum ſtatum habent, quarum fœdus ob temporis diuturnitatem immemorialem facilè defendi poteſt. *Betſius de pact. famil. fol. 53. Nolden. de ſtatu. Nobil. cap. 9. num. 300.*

(w) Sic Svevi pro tuenda pace mutua electis potentiſſimis Germaniæ Principibus fœdus decennale contra ſeditioſos ruſticos Anno 1330. pepigerunt.

6. Fœdera tàm naturalia, quàm legitima, ſunt vel æqualium, vel inæqualium, & utraque vel fidelium, vel infidelium. (a)

(z) *Per def. fœderis* §. 2. Nam ſocietas eſt vel inter *æquales* vel, *inæquales*: cùm amicitia 8. *Eth.* vel *æqualis* vel *inæqualis*

æqualis ſit. Quoniam amicitia alicujus, boni gratiâ eſt, idque vel *honeſtum*, vel *jucundum*, vel *utile*: inde amici horum bonorum intuitu partim ratione *quantitatis*, partim ratione *qualitatis* erunt vel *æquales*, vel *inæquales*. Sic ratione boni honeſti honeſta amicitia eſt *Ariſt*. 8. *Eth. Elem. J. U. pag. de honeſta amicitia* 422. *ſeqq.* Hinc (*quatenus religionem ad id bonum refero*) & Princeps & Civitates liberæ Imperiales æquales amici ſeu confœderati ſunt. Quando autem ad bonum jucundum, & in ſpecie ad hoc bonũ reſpicio, quatenus nempe à fortuna aliquid habent, ſive, quatenus Reges vel Principes ſunt, eatenus *inæqualis ſocietas, amicitia, taleq́ fœdus* eſt: cùm ſtatu differant. Æquale igitur fœdus eſt *ſtatu* inter duos, pluresvè Germaniæ Principes civitatum liber: Imper: intuitu, & ſic inter ſe *qualitate* differunt. E. inter amicos æquales eſt fœdus in Germania, quod Electorium dicitur. Hoc autem vel *univerſale*, vel *particulare* eſt. Illud inter

ter omnes Electores; hoc verò inter quatuor Rhenanos EE. pactum. Horum tamen differentia eſt. Etenim particulare ſeu Rhenanum legem ſuam (*vel quatenus ipſa lex eſt*) dirigit ac tendit ad mutuam defenſionem, bonorum conſervationem, terrarum & vectigalium. Hoc conſtitutum legimus *Anno* 1519; univerſale autem *anno* 1521, de non ſe offendendo, de mutua defenſione de quib. vid. *Spreng. in Jurispr. publ. pag. mihi* 114. plura fœdera æqualium & inæqualium *ibid.* habebis. Tandem ratione *boni utilis* iterum *æquales*, vel *inæquales* ſunt, vel ratione *quantitatis*, vel ratione *qualitatis*. Hinc *ſocietatis concractus* originem ducit, quæ definitur *contractus, quô plures amici ex collatis vitæ inſtrumentis lucrum licito modo quærunt.* Nam unus ſ operam, alter verò pecu-

niam conferre poteſt. Hinc fœdus ex parte hanſeaticum ratione commerciorum eſt, Ratione *quantitatis* vel *æquale*, vel *inæquale* fœdus eſt id, quando cohortes fœderatorum numerò æquales ſunt, ſive Principes, ſive dictæ Civitates, ſive Civitates cum Principibus fœderati ſint uti ſupra. *Boni utilis* intuitu inæqualis ſocietas fuit quoad *qualitatem* inter potentiſſimos Gallorum & Svecorum Reges: Ille enim pecuniam ad bellum gerendum ſuppeditabat; hic verò conductis militibus operam.

(a) Sic Principes unius, ejuſdemq; religionis ſocii, ut & ſimiles Civitates, *fideles* habentur. Maximè infideles, adeoq; infauſtum fœdus fuit illud contra Carolum V. Imperatorem inter Franciſcum I. Gallorum Regem & Turcarum Imperatorem; quippe quod illi Regi non multùm profuit. Quin aliquot millia Chriſtianorum Turcicæ ſervituti mancipata fuerunt. In Imperio autem noſtro compertum habemus duos,

duos, vel plures Principes diverſæ religionis ratione alicujus boni externi adverſus alterius religionis cultorem fœderatos eſſe potuiſſe add. *Sprengerum d. l. pag.* 118. *Grotium de J. B. & P. lib.* 2. *cap.*15. *n.* 8. *ſeqq.* Quid alioquin judicandum ſit de *in fidelium* fœderibus, mox dicetur. add. *Arumæum ad Aur. Bull. diſcurs.* 6. *th.* 7.

7. Ad ſecundam in fœdere obſervandam circumſtantiam *quid* progredior. Hæc circumſtantia fœderis *qualitatem* exponit, quæ unà cognoſcitur ex circumſtantia *cujus gratiâ*, *per hypotheſ.* 3. *Eth.* Inter cæteras autem *qualitates* ſequens eſt:

8. *Ut fœdus revera dicatur, Conſilii officium eſt, ut expendat, num effectum ratione τοῦ* poſſe (b) *ſortiatur, vel*

vel non ; quando effectum nullum habet, fœdus dici nequit.

(b) Hoc *poſſe* Conſiliarius cognoſcit (1) ratione *circumſtantiæ quis*, dum nempe inquirit, num tantæ poteſtatis alter ſit, qui fœderatus dici debet. (2) *loci* diſtantiam, in quantum nempe à ſuo Principe, vel ab eo diſtet, àquo bellum aliquando metuet, vel jam metuit, expendit. Nam in fœdere *facilitas* obtinendi bonum conſideranda eſt. Quare remotus eſſe non debet; alioquin inutile fœdus eſt. Hinc *Waremund. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 127. *de fæder. fol.* 127. ubi ait, quod improbanda videantur fœdera cum nimis remotis: niſi remotus hoſtis amici vicinus ſit, tunc enim amicus Conſiliarii Principi utilis eſſe poteſt *per obſervat: Autoris* Militariſch. Erinnerung. *pag.* 95. verb. Hören wir/ daß einer wider unſern Bund und Kriegsgenoſſen

ſen im Anzuge iſt / und auß ſeinem Lande rücket / ſo ſollen wir alsbald Jhm eine Armee ins Land führen / und einnehmen / was wir können. Solches thät P. *Sitius*, und König *Bogud*, wie Sie höreten daß König *Juba* einen groſſen Hauffen Volcks Scipioni wider Cæſarem zuführete. *Jul. Caeſ. Afr. bell. cap.* 7.

9. *Conſiliarii officium eſt, ut expendat quot confœderati eligendi ſint: (& quidem tot eligi debent, quot Ducatus remunerando perferre poteſt:* (c) *) & qualis belli eventus futurus ſit.* (d)

(c) Nam inter confœderatos, inter quos mediante pacto amicitia eſt, utilis eſſe ſolet. Hæc autem conſervatur, quando amicus amico utilis eſſe poteſt nempe ratione alicujus *boni externi.*

Hinc

Hinc in ſe bonum quidem eſt, multos amicos ſeu confœderatos habere, Ducatui autem exitioſum habendum & non habendum: diverſo tamen reſpectu. Etenim confœderatus compenſari vult id, quod vi fœderis impendere debuit. add. *Spreng. in Tacit. axiom. pag. 62.* verb: *Non credas, quod fœdera quis tecum pangat, niſi proprio incitetur commodo. Ob proprium utile Demetrius ambiit Jonathæ fœdus, Macab.* 10. *nec putes fœderatum te in periculo juvare, ubi illum intereſſe nullum tangit: ſæpè libentius tuam oppreſſionem optat.* Et *pag. 63. Vulgatum*, inquit, *eſt, nullum in ſocietatem tuam venire, niſi lucrum intendat.* Eapropter is, qui auxilium fert, in hoc cautus eſſe debet, undè damnum reſarciri poſſit ac debeat. Nam de ſuis damnum is, qui implorat, reſarcire debet. Quare id, quod amicorum facultates abſumit, iis ſalutare non eſt.

(d) *Per def. fœderis* §. 82. verb. *ad bonum aliquod obtinendum.* Hinc Conſiliarius debet perpendere, num id bonum

obti-

obtineri poſſit, vel nùm aliquod damnū Principi ab hoſte inferatur? Pertinet hùc Militariſche Errinner. *pag.* 87. *n.* 4. Ehe einer mit einem in Kriegsbereitſchafft ſich einlaſſen will / ſo ſoll Er zuvor alle Umſtände wol erwegen / beſonders aber / wie etwa der Krieg hinaus lauffen möchte / damit Er darüber nicht in Ungemach gerahte. Alſo vermaledeyete der alte Cativulcus Abiorigem, daß Er wider Cæſarem den Krieg angefangen / bracht alſo mit Gifft ſich ſelbſt um / dann Er war alt / und kundte die Laſt des Kriegs nicht ertragen / vielweniger den andern gleich mit der Flucht ſich retten. *Jul. Cæſ. de bell. Gall. lib.* 6. *cap.* 8.

10. *Cùm quis contra alium bellô implicatum alii Principi adjumento eſt, ita, ut is potius ad utile, quàm ad honeſtum bonum reſpiciat, ſeu ut plus*

plus recipiat, ejuſmodi fœdus per Jus legitimum dirigi, non verò per illegitimum, (e) *Principi Conſiliarius autor eſto.*

(e) *Per* 8. *Eth.* 13. Nam amicitia utilis, quæ plerumque inter conſœderatos eſſe ſolet, dicitur vel *moralis*, vel *legitima*, in qua nempe beneficia communicantur & compenſantur certa quadam remunerationis *lege* & *conditione*. Et hæc maxima ex parte dirigitur vel per *Jus legitimum* ſeu poſitivum, vel per *illegitimum* ſeu ex moribus & conſuetudine ſumtum. Per Jus legitimum cùm ſocietas h. l. fœdus dirigitur, certa pacta adjiciuntur add. *Ariſt.* 1. *Rhet.* 15. Et hæc pacta inter paciſcentes vim legum habent ſeu obligant. Hinc, ut paciſcentes de mutuo officio præſtando ſecuri ſint, cautiones intervenire ſolent.

Legitima ſimilis quoque eſt emtioni venditioni, cujus fundamentum amicitia dicitur quaſi forenſis & mercatoria h. e. in qua ſtatim de manu in manum compenſatio fit. Vel eadem legitima talis eſt, in qua retributio & compenſatio alterius fidei & integritati relinquitur; Vel quando beneficium accipiens non ſtatim reddere poteſt, quod debet, in aliud tempus benevolentiæ intuitu rejicitur. Moralis amicitia, vel ſocietas, quam illegitimam appellare liceat, eſt, in qua beneficia compenſantur & communicantur non prævið quodam pactô, nec additâ aliqua conditione, ſed ex arbitrio & benevolentia. Quum igitur ratione querelarum amicitia legitima præſtantior ſit illâ illegitimâ ſeu morali: erit & fœdus, querelarum ergò, præſtantius h. e. non tàm facile in hoc, ut in illo fœdere illegitimo, querelæ oriuntur: cùm in legitima amicitia certò definitum ſit, quid, quantum, quale, quomodo & quando red-

Digitized by Google

reddendum ſit ; in illegitima verò nulla harum circumſtantiarum mentio fit. Et fieri poteſt, ut conferens plura ſibi reddi expectet, quàm accepturus eſt. Nam quando ex benevolentia eum in finem in alterum aliquod bonum contulit, ut ejuſdem arbitrio committat, quantum retribuere velit, tunc ſanè querelę facilè oriri poſſunt. Hinc alia propoſitio.

II. *Cum inter duos Germaniæ Principes bellum metuitur, tertius autem hiſce duobus potentior uni auxilium gratis offert, ita tamen, ut vereatur, propria autoritate ne aliquando id, & plura ſibi ſumat, quàm beneficium æſtimari poſſit:* (f) *tunc*

id beneficium ſub certa ſpe & cum Principis detrimento & exitio ferè oblatum cum gratiarum actione recuſandum , & potiùs de alio amico idoneo conſultandum ac elaborandū eſt, ut ejuſdem religionis ſocium Principem vicinum ac potentem conſequatur, qui aliis terrorē incutiat, quique anteà aliis terrori fuerit: Et cùm animadvertit, hoc per alios impediri, ipſe adverſus illos moliri, (g) & potius boni honeſti (h) conſer-

ſervandi, quàm utilis(i) *rationem habere debet.*(k) *Eum autem potentem ne metuat, cum ipſo ex eo ſtatim tempore, quo vicinus factus eſt, perpetuum fœdus pangere debet.*

(f) *Per obſ.* 88. *lit.* (c) verb. *Non credas, quod fœdera quis tecum pangat, niſi proprio incitetur commodô.*

(g) *Per fundamentum* der Milit. Err. *pag.* 38. verb: Weis man / daß unſer Feind Jhm etliche anhängig macht / derer Hülffe er ſich wider uns gebrauchen wil / ſo ſol man Jhm für allen dingen ſolche Hülffe entziehen / ehe wir wider Jhn den Krieg anfahen (h. l. *Conſiliarius tanquam è ſpecula videns ſic colligit*: Wann einander meines Fürſten Religions-Genoſſen hindern will / daß Er dieſes fœdera-

tus Vicinus nicht werde / ſo wird geſchloſ-ſen / daß ſich mein Herꝛ data occaſione vorm Impedienten und vor deſſen Adhærenten zu befürchten habe:) Alſo ſandte damahl Cæſar Labieno zwey Regiment wider die Trierer zu/Er aber rückete mit fünff Regimenten wider die Jülicher / welche beyde Völcker Ambiorix Jhm zu Freunde gemachet hatte. *Jul. Cæſ. bell. Gall. lib. 6. cap. 2.*

(h) Ad hoc religionem retuli *obſerv. 5. lit.* (t)

(i) Ad utile referri poſſunt præfecturæ, Comitatus &c. add. 1. *Rhet. 5.*

(k) Per naturam fœderis ; quippe quod Chriſtianos Principes , utpote probos, vi fœderis ſeu quaſi legis, obligat, ſive iis neceſſitatem imponit; ſiquidem obligatio, ſuprà definita , eſt neceſſitas moralis impoſita libero homini ad aliquid faciendum , patiendum , vel omittendum. Ad deductionem hic faciendam , noſſe conducit *obſerv.* 16. *lit.* (s)

(l) Per

(l) Per deductionem obſerv. proximæ ſequentis. Hinc h. l. Militariſche Errinnerung eſto pag. 91. Hat uns ein mächtiger Hülffe geleiſtet / und unſern Feind überwunden/ſo hat man wol Urſach Jhm ſeinen Willen zu laſſen/ und mit guten Worten zu begegnen / damit Er ſeine Macht nicht wider uns gebrauche. Alſo muſte Atius Varus, König Juba, welcher Jhm zu Hülffe kommen war / mit denen überwundenen Soldaten handeln/auch in der Stadt Biſerta anordern laſſen / wie / und was Er wolte / ohngeachtet / daß es wider Vari Treu und Glauben war. *Jul. Cæſar lib. 2. de Bell. Civ. c. 28.* Hinc *alia obſervatio.*

12. *Quò potentior fœderatus alterô fœderatô eſt, eò majorem ſibi prærogativam ſumit* (m) *ob quam fœdus minùs congruum, minusq; diuturnum eſt* (n)

(m) Per 2. *Rhet.* 17. *n.* 2. & 7. ubi, quod potentes ſint ſtudioſiores honoris, & ſuperbi, dicitur. Hinc concluſio Autoris Militariſcher Erinnerungen eſt, verb: Kompt uns ein Mächtiger zu hülffe/ ſo will derſelbe gemeiniglich allen Vorzug haben / und über uns ſeyn. Ein ſolcher war König Juba, als Er Scipioni zu hülffe kam. Dann Scipio muſte Ihm gleichſam gehorſam ſeyn/und thun was Er wolte. *Jul. Cæſ. bell. Afric. cap.* 15.

(n) Per *hypoth.* 8. *Eth:* Etenim ibi demonſtratur, æqualium ſolùm amicitiam firmam manere. add. *Elem. J. U. de æqual. & inæqual. amic. pag.* 427. *ſeq.* Et hanc æqualem inter potentes & impotentes plerumque ratione *ſtatûs* eſſe, liquet. Hinc ſequitur.

13. *Quælibet libera Imperialis Civitas ſibi caveat, ne potentiorem ſibi ſocium*

ſeu

ſeu fœderatum Principem, quàm ipſa eſt, facilè eligat, cùm veretur, ne is ſibi prærogativam omnem ſumat, vel aliquando ipſi moleſtus ſit, vel præfecturas, vel Comitatus &c. auferendo ipſam hoſtili animo adgrediatur, omniaq́ manu capiat: Si ipſi dicta Imperialis civitas, (vel nonnunquàm Princeps quidam eô potentiâ inferior) *anteà determinatô tempore non ſatisfecerit* (o)

(o) *Per præc. obſervat.* & *Per* 2. *Rhet. cap. de honoribus potentium* 17. Hos poten-

tes Principes &c. appellamus, qui non ratione ſui ſtatûs modò, ſed & ratione virium militarium potentes dici merentur. Potentia eorum in poſteriori ſignificatione ſumtâ, liberæ Imperiales Civitates utpote Reſpubl. iis nonnunquàm æquales eſſe poſſunt, præprimis ut Imperii Status. Ratione originis, quoad videlicet Principes, peculiari dignitate gaudent: eatenus *potentiæ* vox in prima ſignificatione Philoſopho d. l. ſumi ſolet. Et hoc in ſenſu *meam propoſitionem* 13, intelligi volo; Siquidem potentes alios mores, quàm divites habent; quippe illi ſtudioſiores honoris ſunt *per d. 2. Rhet. 17. n. 2. & 3. Et per n. 7. ſuperbiores ſunt, eosq́ minus conſideratos fortuna facit*. Eapropter ita in iis affectus imperant, ut cum *Philoſopho d. l. n. 5.* ſic concludamus: *Quod ſi quando injuriam faciant, non parvas, ſed planè magnas injurias faciunt.* Hinc mea propoſitio hujus capitis concluſio eſt. Et Principem ratione ſtatûs altero potentiorem ſeu dignio-

gnio-

gniorem dici. Nam ſicuti ſimilis reſpectus inter Nobiles: ita inter Principes eſſe poteſt vide *Ariſtotelem de Moribus nobilium cap. 15. Elem. J. U. pag. de Moribus nobil.* 541. Inde in potentioribus invidia nonnunquàm imperat, dum alterum Principem ſtatu inferiorem, viribus autem potentiorem vident. *per d. n.* 17. add. *d.* 2. *Rhet.* 10. *n.* 5. verb: *Et honoris cupidi magis invidi, quàm qui honoris ſtudio vacant.* Eſt autem ibid. *n.* 1. *invidia moleſtia quædam ex eo, quod in eo &c. bonorum genere alii ſimiles benè ac feliciter rem gerere videantur: idq; non ut quid eveniat ei, qui invidet, ſed eorum ipſorum cauſa, quibus invidetur.* N. 2. *Ergo*, dicitur, *invidebunt ii, quorum aliqui ſimiles aut ſunt, aut videntur. Similes autem dico, genere, cognatione, gloria, facultatibus. N. 3. Quocirca, qui magnas res gerunt, fortunaq; proſpera utuntur, invidi ſunt. Quicquid enim ad alios pervenit, id ſibi eripi arbitrantur.* Quomodo hic affectus excitetur *Dn. à Felde in Elementis J. U. pag. de invidia* 59. docet. Quare minùs cautus ille Princeps

 eſt,

eſt, qui ejus auxilium implorat, qui reliquos Principes omnes gloria ac dignitate anteire, multarumque Regionum Dominus eſſe vult; quem tamen nemo niſi ejuſdem religionis cultor fidum probavit: cùm (*per* 2. *Rhet*. 4.) quiſque amet ſimiles ſui & iiſdem ſtudiis h. l. eidem religioni deditos. Sequitur in ordine *continuatio* §. 10. hic.

14. *Cùm Princeps obſidione cincto ſuppetitias fert, vel apud eum pecuniam collocat: hujus autem Conſiliarius conjecturâ proſpicit, illum ex ſpe majoris remunerationis hoc facere, compenſationem ſtatim fieri debere, is ratiocinatur* (p)

(p) *Per hypoth*. 8. *Eth*. 13. add. *Elem. Jur.*

Jur. Un. de æqualitate retributionum in amicitia utili ſervanda ne facile diſſolvatur pag. 489. Ibi demonſtratur, quando nimirũ amicus poſt acceptum beneficiũ deprehendit, illud non ex benevolentia, ſed magis ex ſpe majoris beneficii recipiendi in ſe collatum eſſe, quod tunc debeat illud ſtatim, modò fieri poſſit, compenſari, ne videatur cum eo amicitiam inire velle, qui idem non intendit. Vel, *per fundamentum obſerv.* 10. Sequitur porrò hac in re Conſiliarii officium.

10. *Si quando Princeps alteri equitum, vel peditum auxilia mittit, nec quanti ea æſtimet eloquitur, accipienti jacturæ æſtimationem permittit.* (q)

(q) *Per* 9. *Eth.* 1. Nam quando amicus conferens beneficium non priùs determinavit, quam, quantam & quando gratiam

gratiam ſibi referri h. l. quantum pecuniæ ſibi ſolvi velit, tunc beneficii æſtimatio magis penes accipientem, quàm penes dantem eſt; Siquidem (1) tacitè accipienti liberam permiſit retributionem ita, ut poſteà in retributionem ratione *quanti* conſentiat. Nam, qui eo ipſo tacet, cùm tacendum non erat, in id conſentire videtur, quod ex ejus ſilentio ortum ducit. Hinc quaſi volenti injuria non fit. *per* 3. *Eth.* (2) accipiens meliùs novit, quid ſibi beneficium profuerit. Plures rationes vide *d. lib.* 9. *Ethic. cap.* 1. Eodem modo ſe habet, cùm beneficia ex mera benevolentia & liberalitate, abſque retributionis ſpe, proficiſcuntur. Nam eo ipſo accipienti liberum eſt, quantum pro lubitu reddere velit. Cùm verò amicitia legitima eſt, tunc tantum retribuitur, quantum mutuo conſenſu expreſſum eſt. Quando autem ejus beneficii ratio habetur, quo de hæc obſervatio loquitur, ita, ut æſtimatio fieri debeat,

beat, tunc meritò quæritur, quomodò accipientis PrincipisConſiliarius id æſtimare debeat? Hinc *ſequens obſervatio ex principiis Ariſtotelicis* reſolvenda eſt:

16. *Beneficium alterius cohortem &c. mittentis Princeps tanti æſtimare debet, quanti illud æſtimaſſet, cùm indigens eſſet.* (r)

(r) Eſt iterum *hypotheſis* 9. *Eth.* 1. add. *Elem. J. U. pag. de æqualitate retributionis in amicitia utili ſervanda ne facile diſſolvatur* 480. Ibi dicitur, quod amicus beneficium quàm optime æſtimare poſſit, quomodo nimirum ſibi profuerit. Hujus autem commodi *qualitas* cognoſci poteſt ex 2. *Rhet. de gratia* 7. poſitâ indigentiæ definitione. Etenim utilis amicitiæ cauſa *indigentia* alicujus boni utilis eſt. Vide *Elemeuta J. U. pag. de amicitia utili* 420. Et egere d. l. homines iis dicuntur,

tur, quæ appetunt, maximeq; ſi eis ſine dolore carere non poſſunt, *d. cap.* 7. *&* *Elem. J. U. pag. de gratia* 58. §. 2. Add. ib. *Philoſophus n.* 11. verbis: *Spectatur enim beneficium reipſa, magnitudine, qualitate, tempore, loco.* Hæc prædicamenta ſeu categorias debet Conſiliarius in *hypotheſi* ſeu in *caſu* cognoſcere, quando de reſtitutione, vulgò, retributione agitur. Principis autem eſt hoc beneficium per Legatum juxta has præmiſſas categorias dilatare, iiſque ejuſdem amicitiam augere; quod (1) fit mediante *cap. de amore lib.* 2. *Rhet.* add. *Elem. J. U. de amore & odio pag.* 54. *ſeq.* (2) beneficium idem Conſiliarius vel Legatus exaggerare debet per circumſtantiam *quis*, quæ fœderatus eſt; in quo conſiderat, *quomodo* ſuppetias tulerit. *Ariſt.* hac in re Conſiliarium *d. cap.* 7. *n.* 3. informat. verb. *aut ſi ſolus, aut primus, aut maximè &c.* De gratia excitanda vide *Elementa J. U. pag. de gratia* 59. §. 3. (3) beneficii *qualitatem* ab effectu cognoſcit 1. ratione *boni utilis* ex 1. *Rhet. cap. de*

bono

bono ſimpliciter 6. cap. de bono comparatè 7. 2. ratione *jucundi* ex *cap.11. de Rebus jucundis. addito cap. 5. de partibus felicitatis humanæ. It. Elem. J. U. pag. de diſtributione bonorum tàm mobilium, quàm immobilium in optima Republ.* 596. 3. ratione *honeſti* ac *pulchri* ex *cap. 9. de Rebus honeſtis & laudabilibus.* Tandem præſentis remunerationis mentionem facere, & in reliquis præter officia debitamq; gratiarum actionem, amorem omnem repromittere, ipſumque ad idem amoris officium præſtandum rogare debet &c.

17. In ordine III. nobis ſe ſiſtit circumſtantia *quomodo* ſive *modus* fœdera pangendi. De quo ſequens obſervatio:

Admodum fœdera pangendi ante omnia requiritur, ut par & æqualis circumſtantiarum notitia ſit à

ſit; (s) *ſecùs verò quando eſt, accuratè loquendo, fœdus non eſt.* (t)

(s) *Per def. fœderis*; quippe quæ §. 2. *ſocietas eſt* h. l. ea, quæ ex voluntate, adeoque ſic ex conſenſu eſt. Conſentire autem eſt ſuam voluntatem ita declarare, ut cum alterius voluntate conveniat: & voluntas eſt appetitus rationalis i. e. cum mente ſeu intellectu ſciente, quid agatur, conjunctus. Cùm igitur voluntas, ut & conſenſus circa ſingularia ſeu circumſtantias verſetur: inde una eademq; voluntatum convenientia fœderatorum eſſe debet, *per def. conſenſûs*, ita, ut circumſtantia in conventione ipſa priùs expendantur. Hinc concluſio Militariſcher Errinn. *Obſervat.* 9. *hic. lit.* (c)

(t) *Per hanc obſ. lit.* (s)

18. *Fœdus vel expreſſè,*

vel

vel tacitè pangi poteſt. Expreſſe vel per literas (u) *vel per alium* (w) *utpote Legatum* (x) *vel ſub conditione, vel purè, vel ex die, vel ad certum tempus, vel ad perpetuum:* (y) *modò in ſe invitum non ſit.* (z)

(u) E.g. quando fœdus in ſcripturam redigitur; de quo *obſerv.* 22.

(w) *Per naturam fœderis in præc. obſerv. lit.* (s) Hinc univerſalis propoſitio hæc eſſe poteſt: *Quot modis declarari poteſt voluntas, tot modis quoque fœdus pangi poteſt.* Jam verò ea declarari poteſt anteà dictis modis. E.

(x) Eſt h. l. *fundamentum aliûs obſervationis*

tionis in Tractatu meo de bello cap. 4. ubi *obſervat.* 2. de Legati *qualitate* agitur. Refero hùc ejuſdem fundamenti concluſionem Autoris ap. Militariſche Erinner. Will man einen in Kriegszeiten auf ſeine Seiten bringen / ſo muß man hierzu geſchickte Leute gebrauchen / welche Ihn mit liſtigen Worten darzu bereden / auch ſeine Fürnehmſten mit Geſchencke beſtechen laſſen. Dergleichen practicirete Vercingetorix, wie er die übrigen Städte in Franckreich Ihm auch anhängig machen wolte. *Jul. Cæſ. lib.* 7. *bell. Gall. cap.* 10.

(y) *Per idem fundamentum lit.* (u) *hujus propoſit.* verbis: Quot modis declarari &c. add. *obſerv.* 23.

(z) *Per obſerv. præc. lit.* (s) Nam & voluntas & intellectus de fœdere conventionali *ibid.* prædicantur. Quando autem unum horum eſſentialiter conſideratum deeſt, talis conventio fœdus non eſt; ſiquidem ad omnem actionem humanam, h. l. proæreticam hæc duo (*per* 3. *Eth. Elem. J. u. pag.* 68. *ſeqq. pag.* 85. *ſeqq.*)

ſeqq.) concurrere debent: & quandò unum horum deeſt, actio humana non eſt *per d. 3. Eth. 1. Elem. §. u. pag. de Errore circa ſingularia, in quibus prudentia occupata eſt* 66. *pag.* 104. §. 19. *ſeqq. pag. de imprudentia & cauſis corrumpentibus judicium intellectus practici* 78. *add. pag. de prudentia, conſultatione & ex hac nata proæreſi* 68. Quare unô, vel duobus iſtis in fœdere, ceſſantibus, fœdus non eſt; ſiquidem fœdus humana actio eſt. Ratione intellectûs invitum fœdus eſt, quando Principi à fœderato glaucoma objicitur (*per d. 3. Eth. Elem. pag.* 86. *pag.* 104. §. 19. *ſeqq.*) vel dolus committitur, uti *infrà obſ.* 31. *n.* 6. demonſtratur. Inviti per vim fœderis exemplum habemus aus denen Militariſchen Errinner. *Obſerv.* 6. *lit.* (m) *in fin. Tr. de Bello.*

19. *Qui Princeps vel alius alterius invitus fœderatus fit, & poſteà conjunctis viribus*

bus unà cum hoc ultrò operatur: huius voluntas haut inviti fœderis ex facto ratiocinando colligitur: & tamdiu inter eos voluntarium fœdus eſt, quamdiu neque factô, neque verbis ſeu renunciatione contraria voluntas declaratur (a)

(a) *Per obſerv.* 17. *lit.* (s) vel, *per def. fœderis* §. 2. verb. *Societas.* Et *per idem principium, utpote ſocietatis in genere definitionem* §. 1. Concluſio hic ſequitur *l.* 5. *ff. pro ſocio.*

20. *Si is, qui Principis fœderatus ex pacto eſt, ſuum ami-*

Digitized by Google

amicum in idem fœdus, quod cum illo pepigit, admittat, hic admiſſus Principis fœderatus non eſt. (b)

(b) Eſt *hypoth. 8. Eth.* Etenim amicus electione eſt: eligere autem h. l. eſt prius de aliqua perſona judicium facere h. e. de ejuſdem *fidelitate, dexteritate, utilitate &c.* quàm in eam, utpote fœderatum quendam conſentire. Quamvis fœderatus meus quaſi alter ego ſit: & *per 2. Rhet. 4.* ejuſdem amicus meus amicus ſit: non tamen ſequitur, quod idem de amico, meique amici amico ſentiam. Hinc (*per communes fœderis & ſocietatis affectiones*) hæc negativa *obſervatio 19. l. 29. cum l. 20. ff. pro ſocio* implicitè deducta eſt. Hanc ob cauſam ſequitur:

21. *Qui fœderatus ſine meo*

con-

conſenſu alium ſuum amicum fœderatum facit, eius (liceat cum aliis loqui) *factum geſtare debet,* (c) *niſi poſteà de eodem voluntatem meam declaraverit.* (d)

(c) *Per obſerv.* 18. *lit.* (z) Nam me invito quodammodo admittitur.

(d) *Per obſerv.*17. *lit.* (s) Etenim tunc vi conſenſus ac amicitiæ expoſitæ periculum eſt omnium, omniaque communia. Sic concluſio eſt *l.* 21. 22. & 24. *ff. pro ſocio.*

22. *Fœdus in ſcripturam redactum debet conſtare ex dilucidis & apertis locutionibus & phraſibus, ita, ut ne ulla quidem diſceptatio indè move-*

moveri poſſit, debetque illud ab omnibus (propria) *manu ſubſcribi & conſignari.* (e)

(e) Hæc ideò requiruntur, ut de voluntate & conſenſu per circumſtantias declaratô conſtet, iſque probari poſſit, quando nimirum ſcriptum invenitur: Mit aller / oder beyder Belieben und Gefallen/ ꝛc. Numq; inſuper vel in perpetuum, vel ad tempus &c. conceptum ſit, ut *in obſerv.* 18. dixi. Nec cautio in eo fœdere omittenda eſt, cujus inprimis fundamentum utilis amicitia eſt. Nam, quic. aliquem ad negotium aliquod cum eo ſuſcipiendum vocat, ex quo vocato periculum imminere poteſt: alter, vocans nempe periculi damnum præſtare debet, *per naturam Juris ſecuritatis*, & in ſpecie *per axioma pol.* hoc: Nullus liber homo alterius gratiâ fruſtrâ in periculo verſari debet. Hinc concluſio Militar-Errinner. *pag.* 87. Will einer / daß wir Ihm im Kriege aſſiſtiren

 ſollen/

ſollen / ſo ſollen wir uns wegen der Unkoſten Verſicherung machen laſſen. Solches geſchah von etlichen Teutſchen Orten/ welche die Trirer wider Cæſarem erſuchet hatten / und Sie mit Geiſel der Zahlung wegen verſicherten / *Jul. Cæſ. de bell. Gall. lib. 6. cap. 1.*

23. *Nullius Principis fœderati heres ſervare debet fœdus, quod ad perpetuum parens cum amico contraxit.* (f)

(f) *Per def. fœderis* §. 2. verb. *ſocietas.* adde deductionem implicitam *obſerv. 5. lit.* (r) Nam ea amicitia, quæ in patre erga fœderatum eſt, non ſtatim in filio erga hunc eſt. Ubi autem nulla amicitia, ibi (*per d. lit.* (r)) nullum fœdus eſt. Hinc extinctâ perſonâ, extingvitur quoque fœdus. Inde ratio *l. 1. l. 17. ff. pro ſocio.* Quamvis verum hoc ſit, fœdus ad heredes non tranſire; nihil-

nihilominus tamen fœderati Principis heres ea perficere obſtrictus eſt, quæ à defuncto inchoata ſunt; inprimis, quando fœderatus defuncto utilis fuit. Tenetur igitur heres non ut amicitiæ, ſed ut emolumẽti ſucceſſor. Ex quo concluſio eſt, *l.* 40. *l.* 63. §. 8. *l.* 65. §. 9. *ff. pro ſocio.* Propterea fœdus ſeu ſocietas in perpetuùm ea dicitur, quæ ad fœderati ſeu amici mortem uſquedurat. Idem (*per illa principia Ariſtotelica ex* 8. *Eth. & 2. Rhet.* 4. *deſumta*) de ſocietatis contractu neceſſariò concluditur. Hinc concluſio eſt *d. l.* 1. *ff. pro ſocio.*

24. *Temporis* circumſtantia in fœdere obſervari debet, ſeu quo tempore fœdera pangi debeāt, Si equidẽ hac in re ingenio aliquid tribuere vellem, dicerem, quod ex duobus hæc ſpeculatio inſtitui poſſet (1) ex amicitiæ naturâ, (2) ex convenientia belli cum fœderibus. De quibus duobus hic ordine agam.

25. Amicitiam de fœdere *eſſentialiter* prædicari *obſervat.* 5. *lit.* (r) docet. Nunc autem (*per eandem lit.*) amor de amicitia prædicatur *eſſentialiter*, add. *Ariſt.* 8. *Eth.* 1. & 2. & *lib.* 2. *Rhet.* 4. & amare quid ſit vid. *cap.* 1. *obſervat.* 15. *lit.* (b) Hinc colligo ſequens.

26. *Ut inter foederatos firma amicitia ſit* (s) *Princeps, qui obſidionem imminentem metuit, non neceſſitatis tempore* (t) *alterius amicitiam quærat, ſed neceſſe eſt, ut eo tempore maximè ſollicitus de hac re ſit, quo ſe nulli periculo expoſitum eſſe putat,* (u) *ut aliquem ſuum vicinum, vel alium* (w) *eô ſi non poten-*

Digitized by Google

potentiorem, potentiâ tamen ſimilem ſibi amicum jungat. (x)

(s) *Per naturam amicitiæ d.* 8. *Eth. & 1. Rhet.* 11. *cap. de Reb. jucundis.* Firma autem amicitia h. l. antiqua intelligitur. Hinc, quo antiquior amicus eſt, eo alteri jucundior eſt *per d. cap.* 11. *n.* 31. verb. *Eſt & amicus in rebus jucundis. Nam & amare dulce eſt: nemo enim vinum amat, quin vino gaudeat: & amari &c.* Et *n.* 3. verb. *plerumq; ſvave eſt, ad id, quod naturæ conſentaneum eſt, tendere: maximeq; cum quæ ex natura fiunt.* It. *n.* 4. ſic: *jucunda*, inquit, *ſunt, quibus asſvevimus. Nam & tanquam naturale eſt id, cui asſvefacti ſumus: & naturæ ſimile quiddam eſt conſvetudo. Etenim ſæpè & ſemper inter ſe vicina ſunt. Natura autem ejus eſt, quod ſemper: conſvetudo ejus, quod ſæpè.* Hinc eò firmior & conſtantior hęc amicitia *neceſſitatis* tempore eſſe ſolet, ita, ut alter alterius talis amicus ſit, qualem ex

lib. 2. *Rhet.* 4. *n.* 4. *obſer.* 28. *lit.* (y) expoſui. Hinc ob hanc alibi decantatam amicitiam contractam arctam, eamque perpetuam alii ipſum (1) metuunt, nec hoſtili animo aggrediuntur. Refer huc *obſervat.* 11. quæ ulterius ex hac *lit.* (s) extendi poteſt. Nec (2) *neceſſitatis* tempore hæc amicitia facile diſſolvi ſolet; inprimis, quando ipſe ſuo amico utilis eſſe non poteſt, etſi velit: cùm anteà vera amicitia, non utilis fuerit contracta. Nec amicus hic vereri debet, ne alter amicus, præprimis ejuſdem religionis cultor mutetur majori pecuniæ pondere, uti videre eſt in Militar. Erinner. *pag.* 89. verb: Es geſchicht zu zeiten / daß einer eine Anzahl Volcks einem züſenden ſoll / nimbt aber Geld / und leſt es hernach wider denſelben ſelbſt führen. Diß that damahl Convictolitanes der Nieder-Burgunder Fürſt / welcher den Römern allezeit getreu verblieben / und viel Wolthaten von Ihm empfangen hatte / ſolte Cæſari 10000. Mann wider Vercinge-

torigem

torigem zuſenden / ſo brauchte Er practiſiren / daß Litavicus ſolch Volck wider Cæſarem ſelbſt / welcher damahl Clermont belagerte / führete / *Jul. Cæſar, lib. 7. de bell. Gall. cap.* 13.

(t) *Per jam præmiſſa fundamenta.* Etenim recens utilis amicitia tàm firma non eſt, quàm ea, quæ longè ante hoc tempus contracta eſt; quippe quæ inter verè Chriſtianos Principes *honeſta* anteà confirmata talis eſt. Quare *ſimulata* quaſi *amicitia* concipitur, quæ *neceſſitatis* tempore quæritur; præprimis, quando indigens antea alterius inimicum ac hoſtem ſe eſſe, quovis modo profeſſus eſt.

(u) *Per n. 3. obſerv.* 24. Hinc, uti pacis tempore de bello cogitandum: ita & de amicis ſeu fœderatis eodem tempore meditandum ac deliberandum eſt.

(w) *Per obſervationis* 8. *lit.* (b) add. *Autorem* Militariſcher Errinnerungen *pag.* 95. verb. Hören wir / daß einer wider unſere

ſere Bund-und Kriegs-Genoſſen im Anzuge iſt / ſo ſollen wir alßbald Jhm eine Armee ins Land führen / und einnehmen was wir können. Solches thät P. Sitius und König Bogud, wie Sie höreten/daß König Juba einen groſſen hauffen Volcks Scipioni wider Cæſarem zuführete. *Jul. Cæſ. Afr. bell. cap. 7.*

(x) Nam, hoc ipſo hoſte fit potentior ac terribilis add. *obſerv.* 11.

27. Sequitur tandem V. & VI. h. e. *fœderatorum officium, & quomodo fœdera rumpantur.* Hæc omnia *ex fœderis def.* §. 2. deduci poſſunt. Erunt igitur concluſiones ſeu obſervationes reſolvendæ ſequentes:

28. *Principes confoederati, vel tales Reſpublicæ ad procuranda ac conficienda ſalutaria pro viribus ſunt propenſi.* (y)

(y) Per

(y) *Per def. fœderis* verb. *ſocietas.* add. deductionem implicitam *obſervat.* 5. *lit.* (t) Explicita demonſtratio hæc eſto:

Quicunque ſunt quaſi unum quoddam, inter eos eſt mutuus amor ſeu amicitia.

Atq. Principes fœderati, vel tales Reſpublicæ ſunt quaſi unum quoddam. E.

Inter hos eſt mutuus amor ſeu illi ſunt amici.

Major eſt ex 8. *Eth. it.* 2. *Rhet.* 4. *n.* 6. verb. *Et quibus jam eadem bona ſunt &c.* ſc. ſe invicem amant. Minor *fœderis definitio* eſt.

Porrò: Quicunq; ſe invicem amant, ſeu amici ſunt, eorum quilibet adea pro viribus procuranda ac conficienda, quæ bona arbitratur, propenſus eſt.

Atq. Principes fœderati, vel ſimiles Reſpubl. ſe invicem amant

 ſeu

ſeu inter eos mutuus amor, adeoque amicitia eſt. E.

Principes confœderati &c. Quæ propoſitio erat demonſtranda. Major eſt *amoris def. 2. Rhet. 4. cap. Tr. de Conſil. 15. lit.* (b) Minor fuit concluſio *præc. Syllogiſmi h. l. per hypoth. 1. poſt anal.* principii inſtar eſt.

29. Non obſtat ſophiſtarum & peripateticorum ſcholaſticorum objectio, hoc non in individuis ſeu in hypotheſi, ſed ſaltem in theſi procedere. Ad quid enim hæc objectio? Nam hoc ſcriptum philoſophicum eſt. Philoſophiæ autem ſtudioſus evertentium & accidentium rationem non habet; hoc enim prudentis eſt per 6. *Eth.* 8. Etenim ſcientia 1. *poſt. anal.* 2. habitus eſt, quô ex principiis certis ea cognoſcimus, quæ ſe aliter habere non poſſunt, & quidem ratiocinando: Et ratiocinari eſt deducere incognitum (i. e. *Concluſionem*) ex cognito (*ex principiô.*) Sive, ſcire eſt rem per cauſam noſſe h. e. cauſam reddere,

dere, quare terminus major minori in ſit. Eapropter ſequitur, quod ſcientificus ſive Philoſophus propoſitiones contingentes ut plurimùm non ut tales, quales reſpectu individuorum ſeu applicationis reverà ſunt, conſideret, ſed quatenus in ſe per cauſas *neceſſariæ* ſunt. In Diſciplinis igitur Practicis non attenditur *neceſſitas exiſtentiæ*, ſed *neceſſitas veritatis.* Et hanc mentem *Ariſtotelis* eſſe; (quippe qui unicus de demonſtratione *libros anal.* ſcripſit) videre eſt 1. *poſt. anal. in variis capit.* 16, 11. *Metaph.* 7. *Dn. Eichel. in collegio Ethico in B. Hornei Diſp. Ethicas* contra ipſum *Autorem*, *alioſq; peripateticos ſcholaſticos*, contra eoſdem *Dn. à Felde in præfat. analyſ. lib. polit. Ariſt. it. in Elem. J.U. pag. de ſcientia* 66. *pag.* 68. §. 4. Hac de re prolixè egi *in analyſi Hippol. à Collibus de Conſiliario*, ita, ut ex data, ſcientiæ definitione omnes ejuſdem affectiones demonſtraverim, *peripateticorum ſcholaſticorum* objectiones complures reſolverin. *&c.*

30. *In quo foedere conſoederati quaſi unum quoddam non ſunt operatione ſua ad belli exitum tendentes, id foedus non eſt.* (z)

(z) Ratio *ex iisdem fundamentis obſ.* 28. argumento à contrariô petito in aprico eſt. Nam quando fœderis utpote ſocietatis affectiones ceſſant, & fœdus ipſum ceſſat; Siquidem ſocietas fœderis genus eſt, *per* §. 2. Hinc ſequenti modo quaſi unum quoddam fœderati non ſunt.

31. *Inter quoſcunque foederatos dolus* (a) *fovetur, illi foederati non ſunt, eô præprimis tempore, quô foederatus dolum meditatur.*

Etenim

Etenim fœderati officium eſt, fidum eſſe *per def. Grot. de J.B. & P. lib. 2. c. 15. n. 12. cap. 25. n. 4. 5. & 6.* add. *in eadem capite Dn. à Felde.* Cognoſcitur autem fidelitas (1) ex confœderati virtute, in primis, quando verus Chriſtianus eſt. (2) Ex *identitate* quæ illi cum Conſiliarii Principe intercedit *per obſerv. 5. lit.* (t) Quo major igitur *identitas* eſt, eò major quoque fidelitas ſperanda eſt. add. *Grot. d. l. lib. 2. cap. 25. & ibid. Dn. à Felde.*

(a) *Per def. doli & fœderis naturam.* Nam dolus conſilium eſt de altero injuſte lædendo ſuſceptum, quem lædere non debebamus. Eapropter dolus contrarius eſt & conſenſui (*per obſervat. 17. lit.* (s) *obſerv.* 18. *lit.* (z) & amicitiæ ſeu amori (*per obſerv. 5. lit.* (t)) Eſt igitur *partim* invitum *per ignorantiam, partim læſio* quà talis, quod utrumque contra fœderati officium eſt *per obſerv.* 17. Doli exemplum habetur in denen Militar. Erinner. *obſervat. 26. lit.* (s) verbis: Es geſchicht/ꝛc.

32. *Quando duo foederati unico ferè temporis puncto hoſtibus circumdati ſunt, ut tertius foederatus iis ſuppetias ferat, Conſiliarii officium eſt inter ſuum & cæteros Principes neceſſitudinis qualitatē intueri* (b) *Et, ſi in Principis viribus eſt illos adjuvare,* (c) *adjuvet, ille ſuadeat. Ubi regulæ inſtar hoc habeat: Beneficium omne meus Princeps exæquare debet niſi plus neceſſitatis,* (d) *vel honeſtatis* (e) *ſubſit,*

quo

quominus optimè merenti Principi ſubſidio ſit.

(b) Hanc ex *amicitiæ qualitate* cognoſcit. Jam verò *qualitas* magis & minus recipit. Quo perfectior autem amicitia, adeoque ſocietas inter aliquos eſt, eò promptior confœderatus ad ſuccurrendum alteri eſſe debet. Hinc illa fœderatorum deductio *obſervat. 5. lit.* (t) Quare *ibid.* eorum officium tetigi, qui naturalem ſocietatem conſtituunt, ita, ut natura eos fœderatos faciat. Cùm & idem ad Magiſtratum (*quatenus nempe ut pater erga liberos conſideratur*) reſpectu ſubjectorum extendi poſſit, ſequitur per *rationem lit.* (t) quod ſine ſpeciali conventione Magiſtratus illos defendere debeat; vel eos, quorum Princeps protector eſt. Non obſtat, quod fœdus inter perſonas publicas ſit, *per def. fœderis* §. 2. Reſpondetur concedendò, fœdus inter Magiſtratum & ſubjectos non eſſe, ſed loquor h. l. de defenſione ſubjectorum

ctorum *analogiâ* à ſocietate paterna pe-titâ. Hinc dicuntur Landes-Väter. Quodnam autem Patris officium ſit *ex* 1. *pol.* 4. conſtat. Qua de cauſa (cùm ſocietas paterna naturalis ſit : & Magiſtratus hanc ſocietatem imitetur) ſequitur id, quod ſuprà *obſervat.* 5. *in fin. lit.* (t) deduxi, verb. *Nam ſicuti &c.* quod omninò videatur. Hinc concluſio *Cornel. Nepotis cap.* 4. *Timoth.* verb. *Hunc adverſus &c.* ibi habetur, *quod patria amicitiæ ſit præferenda.* Item concluſio ſequens *Militaris obſervat. pag. ejuſdem Autoris* 96. Ziehen wir unſern Bunds-Genoſſen mit Hülffe zu / und fält entzwiſchen einer unſer Land an / ſo iſt es beſſer / man komme den Seinen zu Hülffe / als daß man darüber von Land und Leuten vertrieben werde. Auß dieſem Bedencken zog König Juba mit ſeinem Volck wieder zu rück/ wie Er hörete/daß P. Sitius und König Bogud ſein Königreich angefallen. Kam alſo Scipioni wider Cæſarem nicht zu Hülffe/ *Jul. Cæſar. bell. Afr. c.* 7. Et pro

quali-

qualitate Principis aliud malum exponitur *d. l. pag.* 97. verb. Es geſchicht offt / wann wir aus unſerm Lande einem mit Hülffe zuziehen / und man wird getrennet / und geſchlagen / daß uns hernach unſere eigene Leute nicht wieder einnehmen wollen / weil wir uns in einen unnöhtigen Krieg mit eingemiſchet / und Ihnen dadurch Ungemach zugezogen haben. Dergleichen begegnete König Jubæ, welcher Scipioni wider Cæſarem Hülffe geleiſtet hatte / als Sie in die Flucht geſchlagen worden / und Juba in der Flucht vor ſeine Haupt-Stadt Zaba kam. *Jul. Cæſ. Afr. bell. cap.* 16. *Add. pag.* 93. Wann einer / der unter unſerer Contribution iſt / mit Krieg angefallen wird / und begehret unſers Schutzes / ſo iſt es billich / daß Ihm ſolcher geleiſtet werde. Alſo kam Dejotarus zu Domitio Calvino, welchem Cæſar Aſiam und die benachbarte Länder zu adminiſtriren übergen hatte / und bat / er wolte Ihm wider Pharnacem, der Ihm in das Königreich gefallen war / ſchützen / ge-

ſchahe

ſchähe es nicht / ſo kondte er auch nicht mehr Gehorſam leiſten / und Cæſari das zugeſagte Gelt zahlen. Contra verò, uti liberi Parenti: ita & ſubditi ipſi Domino ratione *defenſionis* obligati ſunt, & quidem *per axioma* 8. *Eth.* 12. *Qui nempe nobis maxima exhibet beneficia, ille eſt honorandus, adeoq; defendendus.* Fortius autem obligatur ſubjectus Domino, quàm Vaſallus: is enim jurat ſibi curæ fore vitam, corpus, mentem & honorem Domini ſui *cap.* 1. §. *Si verò domeſticus, qualit. jur. deb. add. Maul. Tract. de Homagio Tit. de Auxilio* folg und Reyſe 5. *n.* 1. Cæterùm ſubjectus opem ferre debet Domino non militarem ſolùm, verùm etiam, ſi aliter ejus opera Dominus uti commodè poſſit, ſe ſe inſtar Vaſalli promptiſſimum & paratiſſimum exhibere debet *Andreas* Kohl *in Tr. de Servit. feud. p.* 4. *n.* 74. *Maul. d. l. n.* 25. Tenetur quoque ſubditus perſonæ Domini verſantis in periculo ferre auxilium & armis & manu & clamoribus & objectu corporis, aggreſ-

aggreſſores terrere, adjutores convocare, ſtrenuè pro Domino pugnare nihil intentatum relinquere *l. cum Dominus ff. de Syllanian. l.1. §. tuliſſe d.t.* Qui duobus Dominis bello ſeſe conficientibus, ſubjectus eſt, neutri auxiliabitur: Cúm uni non minùs, quàm alteri ſit devinctus: & eo ipſo, quô unum adverſus alterum adjuvat, (*inæqualem*) amicitiam quam cum altero fovebat, ſolvit, peccatque contra illud datum axioma ex 8.*Eth.*12.

(c) Ratione illorum, inter quos naturalis amicitia eſt, fundamentum eſt *identitas naturalis*, ut ſuprà *d. obſ.* 5. *lit.* (t) eorum officium expoſui, inter quos nimirum naturalis identitas eſt, ita, ut conſcientia iis, ratione auxilii, *neceſſitatem* imponat, ſeu eos obliget. In fœdere autem conventionali, quod eſt inter duos Principes, qui ſe invicem affinitate non attingunt, principium ac fundamentum ibidem *pactum ipſum* ſeu lex inter eos quaſi promulgata & approbata eſt. *l.* 5.*ff. de pactis*, tanquam lex utrique neceſſita-

ceſſitatem ad auxilium ferendũ imponit. Et multo magis, quando unus fœderatorũ (*Jctis loquentibus*) implementũ fecit, vel alioquin in aliquem beneficium contulit. Hinc Milit. Errinn. *pag.* 9. ſequens eſt : Denen/ die ſich umb uns und das gemeine Weſen wol verdienet haben/ und uns umb Hülffe anruffen / ſoll man wider Jhre Feinde mit Hülffe beyſpringen/ ſo viel mehr aber / wann es uns ſelbſt zum beſten mit gereichet. Auß dieſer Urſachen ließ Cæſar etliche Regiment eilend aus denen Winterquartiren zuſammen führen/ mit ſolchen zog Er auf der Römer Bitte wider die Beavoiſiner , welche die im Lande Sciſſon , Jhre Freunde mit Krieg anfallen wolten. *Jul. Cæſ. lib.* 7. *de bell. Gall. cap.* 13.

(d) Hanc ob cauſam naturalis *identitas* ei ſc. utili præfertur, vel ea analogica quæ inter Magiſtratum & ſubditos eſt.

(e) Religionem hùc referò vid. *obſ.* 5. *lit.* (c) ita , ut univerſalis propoſitio obſervationis inſtar hæc ſit:

33. Qui

33. *Quò perfectior amicitia, adeoq́ ſocietas inter aliquos eſt, eo promptiùs fœderatus alteri ſuccurrere debet. ita tamen, ut fœdera conventionalia ſeu amicitia tàm moralis, quàm legitima* (f) *cedat naturali,* (g) *& naturalis, ut & reliquæ omnes cedant hìc honeſtæ dictæ.* (h)

(f) Vide *obſerv.* 10. ſeu concluſionem ex 8. *Eth. Ariſt.*

(g) Amicitiæ naturalis ſpecies ex 8. *Eth.* adductas vide *in obſ.* 5. *lit.* (t)

(h) Bonum honeſtum, *extenſive* loquendo religionem h. l. eſſe ſæpe in hoc opere *lit.* (t) monui, Indè per *hoc*

hone-

honeſtum veram religionem doctrinæ causâ hic intelligere liceat.

34. *Cùm fœderatus Princeps alteri fœderato obſeſſo opem ferre vult, ſed non poteſt: tunc obſeſſus ſic accipere debet, ac ſi eundem alter adjuvet.* (i) *Vel eo in caſu, quando majori neceſſitate impeditur,* (k) *quominùs nec Jure,* (l) *nec ratione potentiæ poſſit. Nec debet obſidione cinctus ob ceſſans auxilium fœdus rumpere, ſed emendandi ſpem habere.* (m)

(i) *Per hypotheſin* 9. *Eth.* 3. Duæ ibid. cauſæ diſſolvendi amicitiam ſunt (1) eſt,

eſt, quando amici deſinunt ſibi mutuò eſſe *jucundi*, vel *utiles*. Nam eos non per ſe amamus, ut in amicitia honeſta, ſed quatenus ſunt utiles. Ceſſante autem utilitate, ceſſat etiam amicitia. Eodem modo & fœdus ſolvitur. (2) eſt, quatenus amicus improbus fit. Sed amicitia honeſta diſſolvenda non eſt, quando alter improbus factus, & emendandi ſpes ſuper eſt. Eodem modo nec amicitia utilis diſſolvi debet, quando amicus utilis eſſe nequit; cùm tamen velit, & alia utilitatis ſpes ſuperſit. Nam hoc ipſo ſocietatis fundamentum amico inhærens, utpote amicitia, non ceſſat, etſi effectus voto non reſpondeat: Si enim in viribus ejuſdem eſſet, opem ferret; Siquidem *axioma pract. lib. 2. Rhet. cap. de poſſibili & facto* 19. hoc eſt: *Quod quis vult ac poteſt, illud facit*. Cùm Emendandi tamen ſpem alter indefenſus amicus e. g. obſidione cinctus, vel is, qui bellum metuit ob durans

rans illud fœderis vinculũ habere debet *per d. 9. Ethic. 3.* Hæc concluſio eſt *in Autore* Militar. Errinner. *pag.* 94. verb. Denen ſoll man billich verzeihen / welche uns aus keiner Argeliſt wider unſere Feinde nicht aſſiſtiren können / oder wollen. Alſo thät Cæſar gegen Dejotarum, dann dieſer kam zu Jhm / und bat umb verzeihung / daß Er Jhm wider Pompejum nicht Hülffe getahn / Er hätte / ſagte Er / an einem ſolchem Ohrt ſich befunden / da Er vom Cæſare keine Beſatzung haben können; ſo hätte Jhm auch nicht gebühret über das Volck zu Rom Streitigkeiten ein Richter zu ſeyn / hätte dem gehorſamen müſſen / der ſeiner mächtig geweſen wäre. Aber Cæſar wolte Jhm ſolche Entſchuldigung nicht allerdings paſſiren laſſen / doch verziehe Er Jhm endlichen. *Jul. Cæſ. de bell. Civ. cap.* 20. Eò magis autem ignoſcitur, quò antiquior amicitia eſt *per obſerv. 26. cum notis.*

(k) *Per obſervat. proximè præced. lit.* (l) ſc. partim naturali, partim divino. Naturale

turale eſt, ubi amicitia naturalis eſt. vide *d. obſervat. 5. lit.* (t) Quibus annumerari poteſt amicitia illa inæqualis, quæ inter Imperantes & parentes, Magiſtratum & ſubditum, ut & inter patrem & filium eſt. Hinc tale analogicum Jus paternum: Vel Jus, quod ex conventione eſt. Nam ſolet interdum populus ad certam familiam Magiſtratus munus deferre, ita, ut primi acquirentis ſucceſſores eandem defenſionem non ſuccedendo modò in ſe ſuſcipiant, ſed & præſtitô homagio, dum viciſſim Principes ſubjectis jurant. Ex quo cognoſcitur, quod Princeps non ſervis, ſed liberis hominibus imperet. Qui igitur Magiſtratus contra hoc Jus peccant ſubditos deſerendo, & ab alterius parte ſtando, illi aliquid, (*quod Jctis Jure impoſſibile dicitur*) committunt. Qua de re peculiaris *obſervatio* tradenda erit. Jus divinum h. l. ſeu eo Jure impoſſibile eſt, dum veræ religionis ſocius Princeps adverſus ſuæ religionis cultorem, vulgò

 ſocium,

ſocium, in cauſa religionis bellum molitur. Quam ob cauſam quis meritò excuſatur.

(m) *Per hujus obſervationis literam* (s)

35. *Cùm Princeps ſuo fœderato Principi adverſus hoſtem opem ferre vult, ſed hoſtis & Principe & fœderato potentior per Legatum cum illo agit, ne fœderato, ſed ſibi potius ſuppetias ferat: tunc ille Princeps conſoltius facit* (qui, quam lubentiſsimè (m) ſuo fœderato amico auxiliares cohortes mittere vult, ſed à potentiore ejuſdem hoſte impeditur) *quan-*

quando neutrum adjuvat; quod alioquin nec Ducatûs, nec ſubditorum Jure ſalvo &c. (n) *fieri poſſet.* (o) *Quo in caſu utriq; per Legatum facile excuſari poteſt* (p & q.)

(m) Ea de cauſa amicitia diſſolvi non debet *per 9. Eth. 3. obſerv. 34. lit.* (i) h. l.

(n) Hoc magiſtratus Jus *obſerv. præc. & obſ. 12. lit.* (l) expoſui. Cætera indè emergentia incommoda vid. *in obſerv. 8. lit.* (b) Militar. Errinner. Addo id, quod tum verendum eſt, quo de vid. propoſitionem *lib. 2. Rhet. cap. de Metu 5. num. 12.* verb. *Et qui aut injuriam acceperunt; aut accepiſſe ſe putant: ſemper enim captant occaſionem.* Ex quo fit, ut Autor Milit. Erinner. *pag.* 97. concludat: Dem / der unſerm Feind zu hülffe kommen iſt / ſoll man Unruhe in ſeinem Lande anſtifften. Der-

gleichen begegnete König Jubæ, welcher Scipioni wider Cæſarem zu hülffe kommen war / dann Cæſar bewegte durch Brieffe die Getuler, daß Sie von Ihm abfielen / und zu den Waffen wider Ihn griffen / hatte alſo Juba an dreyen Orten zu kriegen / und muſte viel Volcks wieder zurück ſchicken. *Jul. Cæſ. de Afr. bell. cap.* 14. Item, ſimile Ducatui bello finito imminens malum eſt, *pag.* 98. verbis: Hat einer ſeinen Feind überwunden / ſo pflegt Er gemeiniglich hierauf die jenigen heimzuſuchen und zu ſtraffen / welche demſelben wider Ihn Hülffe und Vorſchub getahn. Diß ſahe man / wie Cæſar Scipionem in Africa überwunden; dann Er nam nicht allein König Jubæ, der Ihm Beyſtand geleiſtet / ſein Königreich / ſondern ſtraffte alle Städte in Africa, welche Scipioni entweder mit Geld / Volck / oder Victualien / Hülffe und Vorſchub / wider Ihn getahn / doch beſchützete Er Sie vor Gewalt / hielt auch ein Unterſcheid mit der Straffe. *Jul. Cæſar de bello Afric. cap.* 28.

(o) Jus

(o) Jus fœderum quidem vult, ut vi *legis*, conſequenter obligationis, Princeps præſtanda præſtet. Sed, cùm major neceſſitas ipſum impediat, quo minùs eo modo, quô vult, ſuum officium faciat: ratio *obſervationis* 33. *lit.* (d) hic meritò habenda eſt.

(p. & q.) *Per obſervat.* 32. *lit.* (i.) Hac in re Legati *qualitas* attendi debet; qua de *in Tract. de Conſiliario & Tr. de bello* noñulla deducuntur. Quodnam autem hic Conſiliarii, vel potius Legati officium ſit, amicitia utilis &c. inter Principem & fœderatum ne diſſolvatur, *ex* 2. *Rhet. cap.* 4. *&* 5. addiſci poteſt. Ante omnia is exponat, qualis (I.) neceſſitudo inter Principem & fœderatum &c. hactenus interceſſerit, quibus modis ipſi præſto fuerit. Auxilii *qualitatem* explicet *per lib.* 2. *Rhet. de gratia* 7. *n.* 11. verb. *Spectatur enim beneficium reipſa magnitudine, qualitate, tempore, loco* (II.) beneficii *qualitatem* dilatet *ex lib.* 5. *Rhet. cap. de bono atque utili ſimpliciter* 6. *It. cap. de bono atque utili comparatè* 7. *It. cap. de Rebus*

honeſtis & laudabilibus 9. Beneficiis, quæ vel ultrò, vel vi fœderis ſeu legis inter fœderatos quaſi promulgatæ apud Principem collocavit, dilatatis: id officii (III.) Legatus gerat, ut, quàm gratô animô Princeps ſuus ſit ac fuerit erga fœderatum, quamq́; ſollicite ejus ſaluti conſulat, dicat. Hoc ipſo ſuo Principi fœderati amorē Legatus conciliat, *per d.* 2. *Rhet.* 4. *n.* 11. Ubi: *Eos*, Philoſophus inquit, *amant, qui aut propenſi ſunt ad alios pecuniâ adjuvandos, aut ad eorum ſalutem defendendam.* (IV.) explicet, quod eo amore ductus compenſandi occaſionem hactenus quæſiverit, ſed nullam invenire potuerit; Principis autem ſui beneficia in fœderatum collata extenuet *per* 2. *Rhet.* 7. *n.* 10 *verbis: aut reddidiſſe, non dediſſe.* Et, ſi unquàm, hocce ſanè tempore occaſionem exoptari (V.) exponat; ſed, & Principi, & ejuſdem fœderato hoſtis imminentem impetum vel irruptionem dilatet. Neque Principem, neque fœderatum tot militibus ſtipa-

tum

tum eſſe, quibus, conjunctis viribus, hoſti reſiſti poſſit (VI.) monſtret (1) *per lib. 2. Rhet. cap. de Metu* 5. *n.* 4. verb. *Neceſſe eſt terribilia eſſe, quæ. videntur magnam vim habere interimendi, aut ita nocendi, ut magna aliqua moleſtia conſequatur.* (2) *per n.* 15. verb. *Et qui terribiles ſunt potentioribus, etiam ipſis terribiles ſunt. Nam ſi potentioribus nocere poſſunt, multo magis ipſis. Eandem ob cauſam iis, quos timent, qui potentiores ſunt.* (3) *per n.*16. *Et qui majoribus viribus præditos ſuſtulerunt*, ſc. metuendi ſunt. Addatur amplificationis ergò *l.*1. *Rhet.*4. *n.* 17. *Ad hæc autem neceſſe eſt non propria modò ac domeſtica bella cognita habere, ſed & aliorum, quis ea exitus conſequatur: ſimilium enim ſimilis plerumque exitus eſſe ſolet* add. *n.* 7. *Et qui non dubitant in impotentiores impetum facere, aut enim jam metuendi ſunt, aut certè cum viribus aucti ſunt.* (4) *per n.* 4. *d. cap.* 5. verb. *Neceſſe eſt terribilia eſſe, quæ. videntur magnam vim habere interimendi, aut ita nocendi, ut magna aliqua moleſtia conſequatur.* Hoſtis bellicis viribus, utpote

mil[illegible],

militum quantitate, qualitate, iiſque omnibus tàm præſentibus, quam futuris, quæ ſc. facilè parari poſſunt, ita monſtratis: Legati officium (VII.) eſt & ſui Principis, & fœderati vires & copias æque præſentes ac futuras cum illis conferre, haſque extenuare, propoſitionibus hiſce de metu allatis inverſis. Idem, qui eadem in re *Alexandri Magni* Præceptor *in Rhetorica ad Alexandrum* fuit, eſto in reliquis *lib. Rhetor:* Principum omnium (qui arma tractant, bellaque gerunt) Conſiliariorum ac Legatorum quoque Præceptor *Ariſtoteles*, qui 1. *Rhet.* 5. *num.* 14. *De bello autem & pace dicturus*, inquit, *primùm quidem civitatis vires, & copias teneat, tùm quantæ ſint ea, quæ nunc ſuppetunt, tum* NB. *quæ prætereà parari poſſint; & cujus generis utræque ſint: tum quomodo & quæ bella geſſerit. Ib. n.* 15. *Neq; verò de ſua; ſed & de vicinis civitatibus hæc cognorit neceſſe eſt, &c. It. n.* 16. *Sed & copias utriusq; ſimiles, an diſſimiles ſint, noſſe oportet. Nam in hoc quoque poſitum eſt, ut aut meliori,* aut

aut iniquiori conditione pugnetur &c. Quando fœderati & ſui Principis vires tàm præſentes, quàm futuras ductu Ariſtotelis, collatione habitâ, depreſſit, bellum defenſivum diſſvadeat, amicabilem compoſitionem ſuadeat *per d.* 1. *Rhet.* 4. *n.* 15. verbis: *Aut de iis, cum quibus bellum exiſtere poſſe opinio eſt, ut cum potentioribus quidem quietè pacificeque vivatur; adverſus inferiores autem in eorum poteſtate ſit, qui deliberant, bellum facere velint, an minus.* Rationes (VIII.) afferat, quo dolore ſuus Princeps afficiatur, quove mœrore conficiatur, non ſui ipſius, ſed fœderati, utpote amici causâ, quòd immani illi periculo, bello defenſivo ſuſceptô, expoſitus ſit *per d.* 2. *Rhet. n.* 4. Ubi Philoſophus: *Neceſſe*, inquit, *amicum eſſe cum, qui unà gaudet bonis, doletq; adverſis alterius, nullam aliam ob cauſam, niſi propter illum.* Ut hæc omnia cohæreant (IX.) ſui Principis, totiuſq; territorii exitiũ impendere, ſi ipſi fœderato ſuppetias ferret, latè demonſtret (1) *per*

ſtret (1) *per 2. Rhet. cap. de metu n.* 10. verb: *plerumq; terribile eſt, ex aliena poteſtate pendere.* (2. 3. 4. 5.) *per obſervat.* 8. *lit.* (b) *obſervat.* 32. *lit.* (b) *obſervat.* 35. *lit.* (n) *ibi* Mil. Erinner. videatur. Hæ ſat graves cauſæ ſunt, quare fœderatus Conſiliarii Principem excuſatum habere debeat, quò minus ſuo fœderato extremis anguſto in tempore rebus conſulere queat. Ut (X.) ſuo Principi fœderatus ignoſcat, compenſandi ſpem habeat, *per obſerv.* 34. lit. (m) ipſumque amare pergat, nec fœdus rumpat, Conſiliarius roget *per lit.* (m) *hujus obſervat.* 35. Fœderatus autem ne exiſtimet, ſuum Principem ab eo amico defeciſſe, illi amorem adaugeat *per* 2. *Rhet.* 4. verb: *Eos quoque amant, qui aut propenſi ſunt &c.* ut *n.* 111. hic dixi. Et *in eod. cap.* 4. *n.* 14. verb. *Amamus etiam eos, quibus amici fieri volumus, ſi ipſi quoque idem velle videantur.* Hoc eſt, Legati officium eſt, ut dicat, quod Princeps in hoc operam daturus ſit, quod vel ipſe, vel per hoſtis amicum,

cum, vel per legatum, vel per literas, vel hiſce modis omnibus hoſtem ipſum flectere, dictam amicabilem compoſitionem tentare promptus ac paratus ſit. Refero hùc Militar. Err. *pag.* 94. Ehe man einem Freund und Bundesgenoſſen zu hülffe kömpt/ ſo ſoll man deſſelben Feind zuvor erſuchen / daß Er von ſeinem Beginnen abſtehen wolle. Solches geſchach vom Domitio Calvino, welchen Dejotarus wider Pharnacem umb Hülffe angeruffen hatte. Dann Er ſandte Botten zu Pharnace, und ließ Jhm anzeigen / Er ſolte aus Armenia weichen / und dem Römiſchen Volck an Jhren Majeſtät und Rechten keinen Eingriff thun. *Jul. Caſ. bell. Alex. cap.* 11.

Quibus à me rudi Minerva propoſitis, ex arte oratoria accumen & ornatus, addi poſſunt. Hic enim nihil aliud ago, quàm ut futuris Politicis ſeu Juris N. Studloſis ex Rhetor: Ariſtotelis argumenta ſuppeditem.

36. Ut

36. Ut VI. ulterius reſolvam, quomodo nempe fœdera ſolvantur, noſſe conducit hanc propoſitionem: *Fœdus ſolvitur vel lege, & ex natura ſua* (r) *vel ob certa quædam accidentia. Accidentia autem vel à fortuito caſu* (s) *proveniunt, vel à fœderato ipſo.* (t)

(r) h. e. quando præterlapſum eſt tempus, quouſque durare debet fœdus. Etenim ejuſmodi fœderatorum pactum inter eos lex eſt. Hoc fundamentum quoque eſt §. 6. 7. *l.* 65. §. 10. *ff. pro ſocio.*

(s) Fortuitus caſus vel in rebus, vel in perſona accidit. In rebus, quando, fœderatus alteri utilis eſſe deſinit per *hypoth.* 9. *Eth.* 3. Hinc ratio, quare & ſocietatis contractus, rebus intereuntibus, ſolvatur: vel, quando ſocietate uni-

univerſali initâ bona in ſocietatem collata amittuntur, vel per factam publicationem ob delictum ſocii §. 7. *P. l. 63.* §. *ult. ff. d. t:* vel quando ſocius bonis ceſſit. §. 8. *J. l.* 65. §. 1. *d. t.* In perſona fortuitus caſus accidit (1) confœderati Principis morte *per def. fœderis* verb. *ſocietas* add. rationem conſequentiæ *obſervat.* 31. *lit.* (t) cùm ſc. deſinat amicus eſſe add. *obſervat.* 23. Ex quo principio manifeſtum eſt, quare ſocietatis contractus morte ſocii etiam unius ſolvatur per *l.* 68. §. 9. *ff. d. t.* Etenim ſocietas eſt contractus, quô plures amici ex collatis vitæ inſtrumentis lucrum licito modo quærunt. Sic & Principis civili morte fœdus ſolvitur, & quidem maxima & media capitis diminutione. Media capitis diminutio eſſet ſi nempe Princeps, vel Reſpubl. ſub alterius jugum ac poteſtatem redigeretur: tùm enim ſub protectione alicujus ſuperioris eſſet, nec, accuratè loquendo, fœderatus ampliùs diceretur *per def. fœderis & obſerv.* 4.

(t) Acci-

(t) Accidentia à fœderato ipſo proveniunt, quando in bono definiendo ſeu ad id obtinendum cum fœderato regulariter non ampliùs convenit. Etenim fœdus ſocietatem definivi, ejusdemq; eſſentiale mutuum amorem ſeu amicitiam eſſe, ſæpiſſimè dixi. Hinc deſinit fœdus ac rumpitur, quando vel mutuâ, vel unius pœnitentiâ ſubſecuta renunciatio ante tempus deſtinatum fit. Renunciatio fit contrariam voluntatem declarando. Hinc ea (*per obſ.* 18.) vel expreſsè, vel tacitè fit. *Tacitè*, quando ex facto alicujus voluntatem colligimus: *verbis*, iiſque vel ſcriptis, vel ore prolatis e. g. per Legatum. Indè ratio *l.* 64. *ff. pro ſocio*, add. *l.* 5. *C. eod.* Ex *facto* contrariam voluntatem colligimus, ſequenti modo, ita, ut renunciatio ipſi fieri poſſit, vel ipſe renunciet.

37. *Tacitè fœderatus contrariam voluntatem „ declarat, vel quando alterum fœderatum eo „ tempore ac loco non adjuvat, quo poteſt, nec „ juſtas excuſandi cauſas habet, quare ipſi auxi-*

lio

„ *lis non veniat* (u) *vel*, *quando jam agere*,
„ *vel ſtatim ab initio in feriendo fœdere egiſſe*
„ *manifeſtum eſt.* (w).

(u) *Per def. obligationis.* Nam obligatio eſt neceſſitas moralis impoſita libero homini ad aliquid faciendum, patiendum, vel omittendum. Hinc quicunq; eo ipſo facienda non facit, quæ ſe facturum promiſerat, per conſequens ſibimetipſi non coactus neceſſitatem impoſuerat, is contrariam voluntatem declarando eis renunciat, ad quæ facienda &c. obſtrictus erat. Hæc autem renunciatio in fœdere fit ex juſta cauſa (*qualis eſſe poteſt obſervat.* 32. *obſervat.* 8. *lit.* (b)) Et hoc modo fit tempeſtivè. Nam quatenus ipſi nihil imputandum eſt, excuſatur. Hinc eſt *l.* 14. *ff. pro ſocio.* Et hæc renunciatio omninò eſt permiſſa, in tantum, ut fœderatus Princeps de altero, ſive *expreſſè*, ſive *tacitè* renunciet, & quidem *tempeſtivè*, conqueri nequeat. Eam ob cauſam idem dicit *l.* 14. *l.* 17. *ff. d. t.* Secùs verò, quando renunciatio intempeſtiva eſt. Hoc

(w) Hoc modò intempeſtiva renunciatio dicitur, vel quando ea ſine juſta cauſa, vel calliditate ante fœdus finitum fit. Ratione *doli*, verum eſt, per deductionem *obſerv.* 31. *lit.* (a) cùm omnis is, qui in dolo eſt, ſit *cauſa injuſti per ſe*: & is, qui cauſa injuſti per ſe eſt (*per naturam ejuſdem*) ad intereſſe teneatur: indè ſequitur, quod intempeſtivè renuncians dolô ad *intereſſe* alteri fœderato Principi teneatur, quat. ipſius intereſt, renunciationem factam non fuiſſe. Hinc concluſio eſt §. 4. *Inſtit. l.* 17. §. *ult. l.* 65. §. 3. *ff. pro ſocio.*

38. *Quando unus eorum, qui ſe ſe fœderatos „eſſe putant, infidelis occultè eſt,* (x) *fœdus „non eſt, nec conſultum, ut ſemel ſupplantatus „ac deceptus poſthàc in fraudem inducatur.* (y)

(x) Per *obſerv.* 31. add. *obſervat.* 6.

(y) Per illud notisſimū NB. qui ſemel doloſus eſt, ſēper in dolo eſſe pręſumitur.

Hactenus b. c. D. de fœderibus.

F I N I S.

1458103

L.60.